Salustij catilinarium — Salustius fuit eques romanus amicus augusti cuius animi liberalitatem laudat horatius li. 2. ode. 2.

MNES homines qui ſeſe ſtudent præſtare cæteris animalibus: ſumma ope niti decet ne uitam ſilentio tranſeant: ueluti pecora: quæ natura prona atque uentri obedientia finxit. Sed noſtra omnis uis: in animo & corpore ſita eſt. Animi imperio corporis ſeruitio magis utimur. Alterꝝ nobis cum diis. Alterum cum belluis cõmune ē. Quo mihi rectius eſſe uidetur ĩgenii: quam uirium opibus gloriam quærere. Et quoniá uita ipſa qua fruimur breuis eſt: memoriá noſtri quá maxime longam efficere. Nam diuitiarum & formæ gloria fluxa atque fragilis eſt. Virtus clara æternaque habetur. Sed diu magnum inter mortales certamé fuit: ui ne corporis ān uirtute animi res militaris magis procederet. Nam & priuſq̄ incipias conſulto: & ubi conſulueris mature facto opus eſt. Ita utrunque per ſe indigens alterũ alterius auxilio eget. Igitur initio reges: nam in terris nomen imperii id fuit primum: diuerſi pars ingenium alii corpus exercebant. Etiam tunc uita hominum ſine cupiditate agitabatur. Sua cuique ſatis placebant. Poſtea uero quam in aſia Cyrus: in græcia Lacedæmonii: & athenienſes cœpere urbes atque nationes ſubigere libidine dominandi cauſam belli habere. Maximam gloriam in maximo imperio putare. Tum demum periculo atque negociis compertum eſt in bello plurimũ ingenium poſſe. Quod ſi regum atque imperatorum animi uirtus in pace ita ut in bello ualeret: æquabilius atque conſtantius ſeſe res humanæ haberent. Neque aliud alio ferri: neque mutari: ac miſceri omnia cerneres. Nam imperium facile his artibus retinetur: quibus initio partum eſt. Verum ubi pro labore deſidia: pro continentia & æquitate libido atque ſuperbia inuaſere: fortuna ſimul immutatur cum moribus. Ita imperium ſemper ad optimum quenque a minus bono tranſfertur. Quæ homines arant: nauigant. ædificant: uirtuti omnia parent. Sed multi mortales dediti uentri atque ſomno indocti: incultique: uitam ſicut peregrinantes tranſiere. Quibus profecto cõtra naturam corpus uoluptati anima oneri fuit. Eorum ego uitam mortemqne iuxta exiſtimo quoniam de utraque ſiletur. Verumenimuero is demum mihi uiuere atque frui anima uidetur: qui aliquo negocio intentus: præclari facinoris: aut artis bonæ famam quærit. Sed in magna copia rerum aliud alii natura iter oſtendit. Pulchrum eſt benefacere reipublicæ. Etiam benedicere haud abſurdum eſt: uel bello uel pace clarum fieri licet: & qui fecere: & qui facta aliorum ſcripſere: multi laudantur. At mihi quidem tametſi haud quanquam par gloria ſequatur ſcriptorem & auctorem rerum: tamen in primis arduum uidetur mihi res geſtas ſcribere. Primum quod facta dictis exequenda ſunt. Dehinc quia plærique delicta quæ reprehenderis: maliuolentia & inuidia dicta putant. Vbi de magna uirtute atque gloria honorum memores: quæ ſibi quiſque facilia factu putat æquo animo accipit. Supra ea ueluti ficta pro falſis ducit. Sed ego adoleſcentulus initio ſicuti plærique mortalium a ſtudio litterali ad rēpublicam delatus ſum: ibique mihi multa aduerſa fuere. Nam pro pudore pro abſtinentia pro uirtute & equitate: audacia: largitio: auaritia uigebant. Quæ tametſi animus meus aſpernabatur: inſolens malarum artium: tamen inter tanta uitia imbecilla ætas ambitione corrupta tenebatur. At me cum a reliquis malis moribus diſſentiré: nihilominus honoris cupido eadem quæ cæteros fama: atque inuidia uexabat. Igitur ubi animus & multis miſeriis: atque periculis requieuit: & mihi reliquam ætatem a republica procul habendam decreui: non fuit conſiliũ ſecordia atque deſidia bonum ocium conterere. Neque uero agrũ colendo aut uenando ſeruilibus officiis intentum ætatem agere. Sed a quo incepto ſtudio me ambitio mala detinuerat eodem regreſſus: ſtatui res geſtas populi romani carptim ut quæque memoria digna uidebantur perſcribere: eo magis mihi quod a ſpe metu partibus. R.P. animus liber erat De Catilinæ igitur coniuratione quamueriſſime potero paucis abſoluam. Nam id facinus in primis ego memorabile exiſtimo: ſceleris atque periculi nouitate. De cuius hominis moribus paucis prius explananda ſunt: quam initium narrandi faciam.

Vcius Catilina nobili genere natus fuit: magna ui animi & corporis. Sed ingenio malo prauoque: huic ab adoleſcentia bella: inteſtina: cædes: rapinæ: diſcordia ciuilis grata fuere. Ibique iuuentutem ſuam exercuit. Corpus patiens: inediæ: algoris: uigiliæ: ſupra quam cuiquam credibile eſt. Animus audax: ſubdolus: uarius: cuiuſlibet rei ſimulator ac diſſimulator: alieni appetens ſui profuſus: ardens in cupiditatibus: ſatis eloquentiæ: ſapientiæ parum. Vaſtus eius animus immoderata incredibilia nimis ſemper alta cupiebat. Hũc poſt dominationem Lucii Syllæ libido maxima inuaſerat. R.Pub. capiundæ neque id conſilium quibus modis aſſequeretur: dum pararet ſibi regnum quicquam penſi habebat. Agitabatur magis magiſque indies animus ferox: inopia rei familiaris & conſcientia ſcelerum. Quæ utraque his artibus auxerat quas ſupra memoraui. Incitabant præterea corrupti mores ciuitatis quos peſſima: ac diuerſa inter ſe mala: luxuria atque auaricia uexabant. Res ipſa hortari me uidetur: quoniam



UVA. BHSC. IyR_138_2

de moribus ciuitatis tempus admonuit ſupra repetere ac paucis inſtituta maiorum domi militiæ
que quomodo ſe.r.p.habuerint: quantamque reliquerint: ut paulatim immutata: ex pulcherri-
ma atque optima peſſima: atque flagitioſiſſima facta ſit differere. Vrbem Romam ſicut ego acce-
pi condidere atque habuere initio Troiani: qui Aenea duce profugi ſedibus incertis uagabantur.
Cunque his ab Origenes genus hominum agreſte: ſine legibus: ſine imperio: liberum atque ſolu-
tum. Hi poſtq̃ in una mœnia conuenere diſpari genere: diſſimili lingua: alii alio more uiuentes in
credibile memoratu eſt quam facile coaluerint. Sed poſtquam res eorum ciuibus moribus agris
aucta ſatis proſpera ſatiſque pollens uidebatur ſicut plæraque mortalium habētur inuidia ex opu-
lentia: orta eſt. Igitur reges populique finitimi bello tentare pauci ex amicis auxilio eſſe: Nam cæ-
teri metu perculſi a periculis aberant. At romani domi: militiæque intenti feſtinare: parare alius
alium hortari hoſtibus obuiam ire libertatem patriam parenteſque armis teger̃. Poſt ubi pericula
uirtute propulerant: ſociis atque amicis auxilia portabant: magiſque dandis quam accipiendis be
neficiis amicitias parabant. Imperium legitimum nomen imperii: regium habebant. Delecti qui,
bus corpus annis infirmum: ingenium ualidum ſapientia erat.r.p. conſultabant: hi uel ætate uel
curæ ſimilitudine patres appellabantur. Poſt ubi imperium regiũ quo initio conſeruandæ liber-
tatis atque augendæ reipublicæ fuerat cauſa: in ſuperbiam dominationemque ſe conuertit immu
tato more annua imperia binoſque imperatores ſibi fecere. Eoque modo minime poſſe putabant
per licentiam inſoleſcere animum humanũ. Sed ea tempeſtate cœpere quiſque magis extollere:
magiſque ingenium in proptum habere. Nam regibus boni quam mali ſuſpectiores ſunt: ſeper-
que his aliena uirtus formidoloſa eſt. Sed ciuitas incredibile memoratu eſt. Adepta libertate
quantum breui tempore creuit tanta cupido gloriæ inceſſerat. Iam primum iuuentus ſimul la-
boris ac belli patiens erat. In caſtris per laborem uſu militiam diſcebat. Magiſque in decoris ar-
mis: & militaribus equis quam in ſcortis atque in conuiuiis libidinem habebant. Igitur talibus
uiris non labor inſolitus non locus ullus aſper: aut arduus erat non armatus hoſtis formidoloſus.
Virtus omnia domuerat. Sed gloriæ certamen inter ipſos maximũ erat ſic quiſque hoſtem feri-
re: murũ aſcendere: ab aliis conſpici dum tale facinus facere properare: eas diuitias eſſe bonam fa
mā magnamque nobilitatē putabant. Laudis auidi: pecuniæ liberales erant. Gloriam ingentē:
& diuitias honeſtas uolebant. Memorare poſſem quibus in locis maximas hoſtiũ copias popu-
lus romanus parua manũ fuderit: quas urbes natura munitas pugnando cœperit: ni ea res longi-
us nos ab incœpto traheret. Sed profecto fortuna in omni re dominatur. Ea res cunctas ex libi-
dine magiſq̃ ex uero celebrat obſcuratque. Athenienſiũ res geſtæ ſicut ego exiſtimo ſatis amplæ
magnificæque fuere. Verum aliquanto minores tamen quā fama feruntur. Sed quia prouenere
ibi magna ſcriptorum ingenia per terrarum orbem athenienſium facta pro maximis celebrantur.
Itaque eorum qui ea facta fecere uirtus tanta habetur quantum ea uerbis potuere extollere præcla
ra ingenia ſcriptorum. Sed populo Romano nunquā ea copia ſcriptorum fuit: quia quiſque pru
dentiſſimus maxime negocioſus erat. Ingenium nemo ſine corpore exercebat: optimus quiſque
facere: quam dicere ſua ab aliis benefacta laudari: quam ipſe aliorum narrare malebat. Igitur do-
mi militiæque boni mores colebantur: Concordia maxima: minima auaritia erat. Ius bonum-
que apud eos non legibus magis quā natura ualebat. Iurgia diſcordia: ſimultates cum hoſtibus
exercebant: ciues cũ ciuibus de uirtute certabant. In ſuppliciis deorum magnifici domi parci: in
amicos fideles erant. Duabus his artibus audacia in bello ubi pax euenerat æquitate: ſeque rēque
publicā curabant. Quarum rerũ ego maxima documenta hæc habebo: quod in bello ſæpius uin
dicatum eſt meos: qui contra imperium in hoſtē pugnauerant: quique tardius reuocati prælio ex
ceſſerant: quā qui ſigna reliquerant: aut pulſi loco cedere auſi erant. In pace uero beneficiis ma-
giſquā metu imperium agitabant: & accepta iniuria ignoſcere quā perſequi malebant. Sed ubi la-
bore atque iuſticia reſpublica creuit: reges magni bello domiti nationes feræ & populi ingentes ui
ſubacti. Carthago æmula imperii Romani a ſtirpe interiit: cuncta maria terræque patebant: ſæ
uire fortuna: ac miſcere omnia cœpit. Qui labores: pericula: dubias atque aſperas res facile tolera
uerant: his otium diuitiæ optandæ aliis oneri miſeriæque fuere. Igitur primo pecuniæ deinde im
perii cupido creuit ea quaſi materies omnium malorũ fuere. Nanque auaritia fidē probitatem cæ
teraſque artes bonas ſubuertit. Pro his ſuperbiam crudelitatem deoſque negligere omnia uæna-
lia habere docuit. Ambitio multos mortales falſos fieri coegit. Aliud clauſum in pectore: aliud
ī lingua promptum habere amicitias inimicitiaſque non ex re ſed ex commodo æſtimare magiſ-
que uultum quam īgenium bonum habere. Hæc primum paulatim creſcere interdum uindica-
ri. Poſt ubi hæc contagio quaſi peſtilentia īuaſit ciuitas eſt immutata: imperium ex iuſtiſſimo at
que optimo crudele atqueītolerandumque factum eſt. Sed primo magis ambitio: quam auari-
tia animos hominum exercebat. Quod tamen uitium propius uirtuti erat. Nam gloriam: ho-
norem: imperium: bonus & ignauus æque ſibi exoptant: Sed ille uera uia nititur: huic quia bo-

UVA. BHSC. IyR_138_2

næ artes deſunt dolis atque falaciis contendit; Auaritia pecuniæ ſtudium habet: quam nemo ſapi
ens concupiuit. Ea quaſi uenenis malis imbuta: corpum animumque uirilem effœminat. Sem/
per infinita & inſatiabilis eſt. Neque copia neque inopia minuitur. Sed poſtquã. L. Sylla armis re/
cepta.r.pub. bonis initiis malos euentus habuit: rapere omnes: trahere: alius domum alterius: a i
us agros cupere: neque modum: neque modeſtiam uictores habere fœda crudeliaque in ciues fa/
cinora facere: huc accedebat quod.L.Sylla exercitum quem in aſiam ductauerat: quo ſibi fidum
acceptumque faceret contra moré maiorum luxurioſe nimiſque liberaliter habuerat. Loca amœ/
na: ac uoluptaria facile in ocio feroces militum animos molliuerant. Ibi primum inſueuit exerci/
tus.r.p.amare:portare ſigna: tabulas pictas: uaſa cælata mirari: ea priuatim & publice rapere delu/
bra ſpoliare ſacra: profanaque omnia polluere. Igitur hi milites poſtquã uictoriam adepti ſunt ni/
hil reliqui uictis fecere. Quippe ſecundæ res ſapientium animos fatigãt:ne dum illi corruptis mo
ribus uictoriæ obtẽperarent. Poſtquã diuitiæ honori eſſe cœpere:& eas gloria imperium potentia
ſequebantur uirtus ebeſcere paupertas probro haberi. Innocentia pro maliuolentia duci cœpit. Igi
tur ex diuitiis iuuentutem luxuria atque auaritia cum ſuperbia inuaſere rapere & conſumere: ſua
paruipendere. aliena cupere pudorem: pudicitiam: diuina atque humana promiſcua nihil penſi
neque quicq̃ moderati habere.

O Pereprecium eſt:cum domos atque uillas cognoueris in urbium modum ædificatas ui
ſere templa deorum: quæ noſtri maiores religioſiſſimi mortales fecere. Verum illi de/
lubra deorum pietate domos ſuas gloria decorabant. Neque uictis eripiebant quicquã
præter iniuriæ licentiam. At hi contra ignauiſſimi homines per ſummum ſcelus om/
nia ea ſociis adimere: quæ fortiſſimi uiri uictores hoſtibus reliquerant: proinde quaſi iniuriam fa
cere: id demum eſſet imperio uti. Nam quid ea memorem: quæ niſi his qui uidere nemini credi/
bilia ſunt: a priuatis compluribus ſubuerſos montes mari conſtrata eſſe:quibus mihi uidentur lu
dibrio fuiſſe diuitiæ: quippe quas honeſte habere licebat: abuti per turpitudinem properabant.
Sed libido ſtupri: ganeæ:cæterique cultus non minor inuaſerat:uiros muliebria pati: mulieres pu
dicitiam in propatulo habere: Veſcendi cauſa terra: marique omnia exquirere: dormire priuſque
ſomni cupido eſſet: non famem: non ſitim: neque frigus: neque laſſitudinemo periri. Sed ea om
nia luxu antecapere. Hæc omnia iuuentutem ubi familiares opes defecerant ad facinora incende/
bant. Animus imbutus malis artibus haud facile libidinibus carebat. Eo profuſius omnibus mo
dis quæſtui atque ſumptui deditus erat. In tanta igitur & tam corrupta ciuitate Catilina exiſtimãs
id quod erat facillimum factu omnium flagitioſorum & facinoroſorum circum ſe tanquã ſtipato
rum cateruas habebat. Nam quicunque impudicus: adulter ganeo:alea: manu uentre: pœne bo/
na patria lacerauerat: quique alienum æs grande conflauerat: quo flagitium aut facinus redime/
ret. Præterea omnes undique parricidæ: ſacrilegi: conuicti iudiciis: aut pro factis iudicium timen
tes ad hoc quos manus atque lingua periurio aut ſanguine ciuili alebat. Poſtremo omnes quos fla
gitium: egeſtas conſcius animus exagitabat: hi Catilinæ proximi & familiares erant:Quod ſi quis
etiam uacuus a culpa in amicitiam eius inciderat quottidiano uſu atque illecebris facile par ſimiliſ
que cæteris efficiebatur. Sed maxime appetebat adoleſcentium familiaritates eorum animi mol/
les & ætate fluxi dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut cuiuſque ſtudium ex ætate flagrabat
aliis ſcorta præbere: aliis canes atque equos mercari: poſtremo neque ſumptui: neque modeſtiæ
ſuæ parcere dum illos obnoxios fidoſque ſibi faceret. Scio fuiſſe nonnullos qui ita exiſtimarent iu
uentuté: quæ domum Catilinæ frequentabat: parum honeſte pudicitiam habuiſſe: ſed ex aliis re
bus magis quam quod cuiquam id foret compertum hæc fama ualebat. Iam primũ Catilina ado
leſcens multa nefanda ſtupra fecerat cum uirgine nobili: cum ſacerdote deæ Veſtæ alia huiuſmo/
di cõtra ius faſque. Poſtremum captus amore aureliæ oreſtillæ cuius præter formam nihil unquã
laudauit bonus: quod ea nubere illi dubitabat: timens priuignum adultum ætate pro certo credi
tur necato filio uacuam domum ſceleſtis nuptiis feciſſe. Quæ quidem res mihi in primis uidetur
fuiſſe cauſa facinoris maturandi. Nanque animus impius: diis: hominibuſque infeſtus: neque ui
giliis neque quietibus ſedari poterat:ita conſcientia menté excitatã uaſtabat. Igitur color eius exan
guis: fœdi oculi: citus modo: modo tardus inceſſus prorſus in facie uultuque uecordia inerat. Sed:
iuuentuté quam ut ſupra diximus illuſerat multis modis mala facinora edocebat. Ex illis teſtes
ſignatoreſque falſos commodare: fidem: fortunas pericula uilia habere. Poſt ubi famam eorum
atque pudorem attriuerat maiora alia imperabat. Sic cauſa peccandi in præſens minus ſuppetebat
nihilominus inſontes ſicuti ſontes circunuenire uigilare ſcilicet ne per ocium torpeſceret: manus
aut animus gratuito potius malus atque crudelis erat.



UVA. BHSC. IyR_138_2

h Is amicis ſociiſque confiſus Catilina: ſimulque æs alienum per omnes terras perſoluen-
dum ingens erat: & quod plærique ſyllani milites largius ſuo uſu: rapinarum & uicto-
riæ ueteris memores ciuile bellum exoptabant opprimendæ reipublicæ conſiliũ cœpit.
In italia nullus exercitus erat. Gn. Põpeius in extremis terris bellũ gerebat Ipſi conſulatũ
petendi magna ſpes. Senatus nihil ſane intentus tute tranquilleque res omnes. Sed ea omnia pror
ſus opportuna Catilinæ erant. Igitur circiter calen. iunias .L. Cæſare &.C. Figulo conſulibus pri-
mo ſingulos appellare: hortari alios: alios tentare opes ſuas: imparatam rempublicam magna pre
mia coniurationis docere. ubi ſatis explorata ſunt quæ uoluit in unũ omnes cõuocat: quibus ma
xima neceſſitudo & plurimum audaciæ inerat: eo conuenere ſenatorii ordinis .P. Lentulus ſura.
P. Antonius. L.Caſſius longinus. G. Cethegus. P. Seruius ſyllæ ſeruii filius .L. Vargunteius:Qu.
Anius.M.Portius lecca.L.Beſtia:Qu.Curius.Præterea ex equeſtri ordine.M.Fului nobilior.L.Sta
tilius. P.G.Capito .C. Cor. ad hoc multi ex colonis & municipiis qui domi & militiæ nobiles e-
rant. Præterea complures paulo occultius cõſilii huiuſcemodi participes nobiles: quos magis ſpes
dominationis hortabatur: quam inopia aut alia neceſſitudo. Cæterum iuuentus plæraque: ſed
maxime nobilium Catilinæ incœptis fauebant. Quibus in ocio uel magnifice uel molliter uiue-
re copia erat: incerta pro certis: bellum quam pacem malebant: fuere ea tempeſtate item qui cre-
derent. M. Licinium craſſum non ignarum eius conſilii fniſſe: quia. G.P. inuiſus ipſi magnũ exer
citum ductabat. cuius uis opes uoluiſſe contra illius potentiam creſcere: ſimul confiſum ſi coniu
ratio ualuiſſet: facile apud illos prĩcipẽ ſe fore. Sed antea item pauci coniurauere contra.r.p. in qui
bus Catilina fuit de quo q̃ueriſſime potero dicam.L. Tullio &. M.Lepido conſulibus. P. Antoni-
us.P. Sylla deſignati cõſules: legibus ambitus interrogati pœnas dederant. Poſt paulo Catilina pe-
cuniarum repetundarum reus prohibitus erat cõſulatum petere: quod intra legitimos dies profi
teri nequiuerit. Erat Gn. Piſo eodem tempore adoleſcens nobilis: ſummæ audaciæ: egenus factio
ſus. Quẽ ad perturbandam.r.p. inopia atque mali mores ſtimulabant. Cum hoc Catilina & anto
nius circiter nonas decembris conſilio communicato parabant in capitolio: calen. ianu. L. Cottã
&.L. Torquatum conſules interficere. Ipſi correptis faſcibus Piſonem cum exercitu ad optinẽdas
duas Hiſpanias mittere. Ea re cognita rurſus in nonas februarias conſilium cædis tranſtulerunt. Iã
tunc non conſulibus modo: ſed plæriſque ſenatoribus perniciẽ machinabantur: quod niſi Catili-
na maturaſſet pro curia ſignum dare ſociis. Eo die poſt conditã urbem. Romã tam peſſimum fa-
cinus patratum foret quia nondum frequentes armati conuenerant. Ea res conſilium diremit: po
ſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam quæſtor pro prætore miſſus eſt adnitente Marco Craſſo: quod
eum infeſtum inimicumque. Cn. Pompeio congnouerat. Neque enim ſenatus prouinciam inui
tus dederat: quippe fœdum hominem a republica procul eſſe uolebat & ſimul quia boni complu
res præſidium in eo putabant. Etiam tunc potentia. Cn.P. formidoloſa erat. Sed his piſo ĩ prouin
cia ab equitibus Hiſpanis quos in exercitu ductabat iter faciens occiſus eſt. Sunt qui ita dicunt im-
peria eius iniuſta: ſuperba crudelia barbaros nequiuiſſe pati: alii autem equites illos. Gn. Pompeii
ueteres fidoſdue clẽtes ex uoluntate eius piſonem aggreſſos: nunq̃ hiſpanos præterea tale facinus
feciſſe: ſed imperia ſcæua multa ante perpeſſos. Nos eam rem in medio relinquimus.

## DE SVPERIORI CONIVRATIONE SATIS EST DICTVM.

Atilina ubi eos quos pauloante commemoraui conueniſſe uidet: tametſi cum ſin-
gulis multa ſæpe egerat: tamen in rem fore credens uniuerſos appellare & cohorta
ri in abditam partem ædium ſecedit: atque ibi omnibus arbitris procul amotis: ora-
tionẽ huiuſcemodi habuit. Ni uirtus fideſque ueſtra ſatis ſpectata mihi foret: ne quic
quã opportuna res accidiſſet: Spes magna dominationis in manibus fruſtra fuiſſet:
neque ego per ignauiam aut uana ingenia pro certis incerta captarem. Sed quia multis & magnis
tempeſtatibus uos cognoui fortes fidoſque mihi: eo animus eſt auſus maximum atque pulcherri
mum facinus incipere ſimul quia uobis eademque mihi bona malaque eſſe intellexi. Nam idem
uelle atque idem nolle ea demum firma amicitia eſt. Sed ego quæ animo atque mente agitaui om
nes iam a me diuerſi audiſtis. Cæterum mihi indies magis magiſque animus accenditur: cum cõ
ſidero quæ conditio uitæ futura ſit: niſi nos metipſos uendicemus in libertatem. Nam poſtquam
R. Publi. in paucorum potentiam ius atque ditionem conceſſit: uel acceſſit ſemper illis reges Tæ-
trarchæ: uectigales: eſſe populi nationes: ſtipendia pẽdere cæteri omnes boni atque ſtrenui. nobi-
les atque ignobiles uulgus fuimus ſine gratia: ſine auctoritate his obnoxii: quibus ſi. R. Publi. ua
leret formidini eſſemus. Itaque omnis gratia: potentia honos diuitiæ apud illo ſunt: aut ubi
illi uolunt. Nobis reliquere repulſis. pericula iudicia: ægeſtatem. Quæ quouſque tandem
patiemini o fortiſſimi uiri: nonne emori per uirtutem præſtat: quam uitam miſeram atque

UVA. BHSC. IyR_138_2

inhoneſtam:ubi alienæ ſuperbiæ ludibrio fueritis:per dedecus amittere? Verum enimuero per
deum atque hominum fidem teſtor uictoria in manu nobis eſt:uiget ætas:animus ualet contra il
lis annis atque diuitiis omnia conſenuere. Tantúmodo incœpto opus eſt:Cætera res ipſa expediet
Eteni qs mortaliũ cui uirile igeniũ é tolerar̃ põt illis diuitias ſupare.quas ꝓfundát in extruẽdo ma
ri & in montibus coæquandis? Nobis rem familiarem rem etiá ad ipſa neceſſaria deeſſe. Illos bi/
nas:aut amplius continuare domos:nobis larem familiarem nuſquam ullum eſſe. Quum tabu/
las:ſigna:torreumata emunt:noua diruunt:alia ædificant. Poſtremo omnibus modis pecuniam
trahunt:uexant:tamen ſumma libidie diuitias ſuas nequeunt uicere. At nobis domi inopia foris
æs alienum. Mala res: ſpes multo aſperior: denique quid reliq habemus præter miſeram animá?
Quin igitur expergiſcimini & capeſſite rempublicá:en illa libertas:quam ſæpe optaſtis. Præterea
diuitiæ:decus:gloria in oculis ſita ſunt. Fortuna ea omnia uictoribus præmia poſuit.Res:tempus
pericula:ægeſtas: belli ſpolia magnifica magis quam oratio mea uos hortentur: Vel imperatore:
uel milite me utimini. Neque animus:neque corpus a uobis aberit. Hæc ipſa:ut ſpero uobiſcum
una conſul agam:niſi forte animus fallit me:& uos ſeruire magis quam imperare parati eſtis.Poſt/
quá accepere ea omnes:qbus mala abunde erant omnia:ſed neque res neque ſpes bona ulla tamet/
ſi illis:q & amouere Rempublicam :magna qdé merces uidebatur:Tamen poſtulare plærique: ut
proponeret quæ conditio belli foret:quæue præmia armis peterent:qd ubique opis aut ſpei habe
rent? Tum Catilia polliceri cœpit tabulas nouas: proſcriptionem locupletá: magiſtratus: ſacerdo
tia: rapinas:aliaque oía:quæ bellum atque libido uictorũ fert. Præterea eſſe in Hiſpania citeriore.
G.Piſoné in mauritania cũ exercitu.P.Scithium nucerimum conſilii ſui participes petere conſula/
tum:& Antonium:qué ſibi collegam fore ſperaret: hominem familiarem & omnibus neceſſitu/
dinibus circunuentum: cum eo ſe conſulem initium agendi facturum: ad hæc maledictis increpa
bat omnes bonos. Suorum unũquenque bene nominans laudabat: admonebat: alium ægeſtatis
alium cupiditatis ſuæ:complures periculi : aut ignominiæ ſuæ :multos uictoriæ Syllanæ : qbus
ea prædæ fuerant:poſtquá omniũ aíos alacres uidet:cohortatus: ut petitionem ſuam curæ habe/
rent:conuentum dimiſit. Fuere ea tempeſtate: qui dicerent Catilinam :oratione habita: Quum
ad iuſiurandum populares ſceleris ſui adiiceret: humani corporis ſanguinem uino permixtum
in pateris circumtuliſſe. Inde quum poſt execrationem omnes deguſtaſſent : ſicuti in ſolennibus
ſacris fieri conſueuit:aperuiſſe conſiliũ ſuum:atque eo dictante feciſſe:quo fidi magis forent inter
ſe:alius alii tanti facinoris conſcii. Nonnulli ficta hæc & multa præterea exiſtimabant eſſe ab his:
q Ciceronis inuidiam:quæ poſtea orta eſt:leniri credebant atrocitate ſceleris eorum qui pœnas de
derant.Nobis ea res pro magnitudíe parum comperta eſt.Sed in ea coniuratione fuit Quĩtus Cu/
rius natus haud non obſcuro loco flagitiis atque facĩoribus coopertus:quem cenſores a ſenatu pro
bri gratia amouerant. Huic homini non mĩor uanitas inerat quá audacia:neque reticere quæ au/
dierat: neque ſuamet ipſa ſcelera occultare. Prorſus neque dicere:neque facere:qcquam penſi ha/
bebat. Erat ei cum Fuluia muliere nobili ſtupri uetus conſuetudo:cui quum minus eſſet gratus:
quia inopia minus largiri poterat:repente glorians ex coniuratione:maria monteſque polliceri cœ
pit:minari interdum ferro:niſi ſibi obnoxia foret:poſtremo ferocius agitare q̃ erat ſolitus. At Ful/
uia inſolentia Curii cauſa cognita tale periculum Reipublicæ haud occultum habuit. Sed ſubla/
to auctore de Catilinæ coniuratione quæque quomodo audierat q̃pluribus narrauit. Ea res im/
primis ſtudia hominum accendit:ad conſulatum mandandum.M.T.Ciceroni. Nanque ante plæ
raque nobilitas inuidia æſtuabat:& quaſi pollui conſulatum credebat:ſi eum (quáuis egregius ho/
mo) nouus adeptus foret. Sed ubi periculum aduenit inuidia atque ſuperbia poſt fuere.Igitur co/
mitiis habitis conſules declarantur.M.Tullius &.Gn.A.Quod factum primo populares coniura/
tionis concuſſerat.Neque tamen Catilinæ furor minuebatur:ſed indies plura agitar̃ arma per ita/
liam opportunis locis parare:pecuniam ſuam:aut amicorum fide ſumptam mutuo feſulas ad má
lium quendam portare:qui poſtea princeps fuit belli faciundi.Ea tempeſtate plurimos cuiuſque
generis homines aſciuiſſe ſibi dicitur. Mulieres uero etiam quamplures quæ primo ingentes to/
lerauerant ſumptus ſtupro corporis. Poſt ubi ætas tantummodo quæſtui neque luxuriæ modũ
fecerat:æs alienum grande conflauerant :per eas ſe Catilina credebat poſſe ſeruitia urbana ſollicita
re.Vrbem incendere:uiros earum uel adiungere ſibi uel interficere. Sed in his erat Sempronia: q̃
multa ſæpe uirilis audaciæ facinora commiſerat.Hæc mulier genere atque forma:præterea uiro:
ac liberis ſatis fortunata fuit:litteris græcis & latinis docta:pſallere & ſaltare elegantius q̃ neceſſe é
probæ mulieri:& multa alia quæ inſtrumenta luxuriæ ſunt:ſed ei cariora ſemper omnia q̃ decus:
& pudicitia fuer̃.Pecuniæ an famæ minus parceret haud facile diſcerneres libidine ſic accẽſa: ut ſæ
pius petert̃ uiros q̃ peteret́: ſed ſæpe ãte hac fidé ꝓdiderat. creditũ ſibi abiurauerat: cædis cõſcia fu
erat luxuria atque inopia præceps abierat. Verũ ingeniũ eius nõ abſurdũ erat poſſe uerſus facere:
iocos mouer̃ ſermõe uti uel modeſto uel molli uel ꝓcaci. ꝓrſꝰ multæ faceciæ multuſq̃ lepos ĩerat

UVA. BHSC. IyR_138_2

His rebus compertis Catilina nihilominus in proximũ annum conſulatum petebat. Sperans ſi de
ſignatus foret facile ſe ex uoluntate Antonio uſurum. Neque interea quietus erat: ſed omnibus
modis inſidias parabat Ciceroni. Neque illi tamen ad cauendũ dolus: aut aſtutiæ deerant. Nan/
que a principio conſulatus ſui multa pollicendo: per Fuluiam effecerat: ut .Qu. Curius: de quo
pauloante memoraui: conſilia Catilinæ ſibi proderet. Ad hoc autem collegam ſuum Antoniũ pa
ctione prouĩciæ propulerat: ne contra Rẽpublicã ſentiret circũ ſe præſidia amicorum atque clien/
tũ occulte habebat. Poſtquã dies comitiorũ ueniam: & Catilinæ neque petitiones: neque inſidiæ:
quas conſuli fecerat proſpere ceſſere: conſtituit facer̃ bellũ & extrema oĩa experiri: Quoniam quæ
occulte tentauerat: aſpera: fœdaque euenerant: Igitur. C. Manlium feſulas: atque in eã partem He/
truriæ ſeptimũ quendã Carmetem in agrum picenũ. C. Iuliũ in Apuliã miſit: præterea alium alio:
quẽ ubique opportunũ ſibi fore credebat. Interea Romæ multa ſimul moliri conſuli iſidias ten/
dere: parare ĩcendia opportuna loca armatis hoĩbus obſidere. Ipſe cum telo eſſe. Itẽ alios iuber̃ hor
tari. uti ſemper ĩtenti: paratique eſſent dies noctesque feſtĩare: uigilare: neque in ſomnis: neque la/
bore fatigari. Poſtremo uero ubi multa agitanti nihil procedit: Rurſus ĩ tẽpeſta nocte rĩcipes cõ/
iuratõis prouocat per. M. Portiũ Leccã: ibique multa de ignauia eorũ queſtus docet ſe ad eã multi/
tudinẽ Manliũ præmiſiſſe: quã ad capienda arma acriter parauerat. Itẽ alios in alia loca opportu
na q initium belli facerent: ſeque docet ad exercitũ proficiſci cupere: ſi prius Ciceronem oppreſſiſ/
ſet: eũ conſiliis ſuis multũ officere. Igitur perterritis: ac dubitantibus cæteris. G. Cornelius eques
Romanus operã ſuã pollicitus: & cũ eo. L. Varguntèius ſenator conſtituere ea nocte paulopoſt: cũ
armatis hominibus: ſicuti ſalutatũ introire ad Ciceronẽ: ac de improuiſo domui ſuæ ĩparatũ con/
fodere. Curius ubi ĩtelligit quantũ periculi Tullio conſuli ĩpendeat: propere per Fuluiã Ciceroni
dolũ q parabatur enũciat: ita illi ianua prohibiti tantũ facinus fruſtra ſuſceperant. Interea Mãlius
in Hetruria plebẽ ſollicitare ægeſtate ſimul ac dolore iniuriæ nouarũ rerũ cupidam: quod Syllæ
dominatione agros: bonaque omnia amiſerat. Prætera latrones cuiuſque generis: quorũ in ea re
gione magna copia erat: nonnullos ex ſyllanis colonis: quibus libido atque luxuria ex magnis rapi/
nis nihil reliqui fecerant. Ea quũ Ciceroni nunciarentur ancipiti malo permotus: quod neque ur
bẽ ab inſidiis priuato conſilio longius tueri poterat: Neque exercitus Manlii quantus: aut quo con
ſilio foret. ſatis compertũ habeat: rem ad ſenatum refert: iam antea uulgi rumoribus exagitatam.

Itaque quod plærunque in atroci negocio ſolet fieri ſenatus decreuit: ut darent operam conſu
les: ne quid. R. P. detrimenti caperet. Et poteſtas per ſenatum more Romano magiſtratui maxi/
ma permittitur exercitum parare: bellum gerere: coercere: omnibus modis ſocios atque ciues. Do
mi militiæque imperiũ atque iudicium ſummũ habere: aliter ſine iuſſu populi nulli earum rerũ
conſuli ius eſt. Poſt paucos uero dies. L. Senius ſenator in ſenatu litteras recitauit: quas feſulus al
latas ſibi dicebat: in quibus ſcriptum erat. C. Manlium arma cæpiſſe cum magna multitudine an/
te diem. vi. calen. nouembris: ſimul id quod in tali re fieri ſolet: alii portenta: atque prodigia nuncia
bant. alii cõuentus fieri arma portari Capuæ atque in Apulia ſeruile bellum moueri. Igitur ex ſe/
natus decreto. Qu. M. rex feſulas. Qu. Metellus creticus in Apuliam: circunque ea loca miſſi ſunt:
Nanque utrique ad urbem imperatores erant impediti: ne triumpharent calumnia paucorum: q/
bus omnia honeſta & inhoneſta uendere mors erat: ſed prætores. Qu. P. Rufus Capuam miſſus:
Qu. Metellus celer in agrum picenum. Hiſque permiſſum uti pro tempore atque periculo exerci
tum cõpararent. Ad hoc ſiquis ĩdicauiſſet de coniuratione: quæ contra rempublicam facta erat:
præmiũ decreuere ſeruo libertatem. &. C. ſeſtertia. Et ſenatuſcõſulto libero impunitatem eius rei
& ducenta milia ſeſtertia. Itemque decreuere: uti gladiatoriæ familiæ capuam & in cætera muni
cipia diſtribuerentur pro cuiuſque opibus. Romæ per totam urbem uigiliæ permaxime habẽtur.
Iiſque minores magiſtratus præeſſent. Quibus rebus permota ciuitas: atque immutata urbis faci
es erat: ex ſumma lætitia atque laſciuia quæ diuturna quies pepererat: repente omnis triſtitia inui/
ſit feſtĩare: trepidare: neque loco: neque homini cuiquã magis credere: neque bellum gerere neque
pacem habere: ſuo qſque metu ſua pericula metiri. Ad hoc mulieres qbus reipublicæ magnitudĩe
belli timor ĩſolitus inceſſerat: afflictare ſeſe: manus ſupplices ad cælum tendere: miſereri paruos li/
beros: rogitare deos: omnia pauere ſuperbia atque delitiis omiſſis: ſibi patriæ diffidere. At Catiliæ
crudelis animus eadem illa mouebat: tametſi præſidia parabantur. Et ipſe lege plautia interroga
tus erat ab. L. Paulo. Poſtremo uero diſſimulandi cauſa: aut ſui expurgandi: ſicut iurgio laceſſitus
foret in ſenatũ uenit: tum. M. T. conſul: ſiue timẽs præſentiam: ſiue commotus ira: orationem ha/
buit luculentam: atque utilem reipublicæ: quam poſtea edidit ſcriptam. ſed ubi ille aſſedit Gatili/
na: ut erat paratus ad diſſimulanda omnia: demiſſo uultu uoce ſupplici poſtulare patribus cœpit:
ne quid de ſe temere crederent: ea familia ortum ita ſe ab adoleſcentia dicebat uitam inſtituiſſe: ue
omnia bona in ſpe haberent: Neue exiſtimarent ſibi patritio homini: cuius ipſius atque maiorum
plurima beneficia in plæbem Romanã eſſent perdita reipublicæ opus eſſe cũ eã ſeruaret. M. T. in/

UVA. BHSC. IyR_138_2

quilinus ciuis urbis Romæ ad hæc maledicta alia quum adderet:obſtrepeȓ omnes hoſté & parici-
dam uocare. Tú ille furibundus inquit:Quando quidem ego circnmuentus ab inimicis præceps
agor incendium meum ruina ueſtra extinguam. Deinde ſe ex curia domum proripuit. Ibi mul-
ta ſecũ uoluens.quod neque inſidiæ conſuli procedebant:& ab incendio intelligebat urbem uigi-
liis munitam:optimũ factu credens exercitũ augere: ac prius quam legiones ſcriberentur : multa
loca antecapere:quæ bello uſui forent. Nocte intempeſta cũ paucis in Manliana caſtra profectus
eſt. Sed Cethego atque Lentulo:cæteriſque:quorũ cognouerat promptam audaciam mandat qui
bus rebus poſſent opes factiones confirment:inſidias conſuli maturent cædem: incendia: aliaque
belli facinora parent:ſeſe propediem cum magno exercitu ad urbem acceſſurum. Dum hæc Ro-
mæ geruntur.C.Manlius ex ſuo numero legatos ad.Qu.Martiũ regem mittit cum mandatis hu-
iuſcemodi. Deos:hominesque teſtamur imperator nos arma neque contra patriá cœpiſſe : neque
quo periculum aliis faceremus:ſed uti corpora noſtra ab iniuria tuta forent:qui miſeri egẽtes uio-
lentia atque crudelitate ſenatorum:plærique expulſi patria:ſed omnes fama atque fortuna exper-
tes ſumus.Neque cuiquam noſtrum licuit more maiorũ lege uti:neque amiſſo patrimonio libe-
rum corpus habere:tanta ſæuitia ſenatorum atque præaoris fuit. Sæpe maiores noſtri miſerti ple
bis Romanæ decretis ĩopiæ eius opitulati ſunt:ac nouiſſime mẽoria noſtra propter magnitudiné
æris alieni:uolẽtibus omnibus bonis argentũ cõmuni ære ſolutum eſt. Sæpe ipſa plebs aut domi-
nádi ſtudio pmota:aut ſuperbia magiſtratuũ armata a patribus ſeceſſit. At nos nõ imperiũ:neque
diuitias petimus:quarũ rerum cauſa bella atque certamina omnia inter mortales ſunt:ſed liberta-
tem petimus:quá nemo bonus niſi cũ anima ſimul amittit. Te atque ſenatum obteſtamur:ut cõ-
ſulatis miſeris ciuibus:legis præſidium quod iniqtas prætoris eripuit reſtituatis: neue nobis eam
neceſſitudiné imponatis:ut quæramus quoná modo maxime ulti ſanguinem noſtrũ pereamus.
Ad hæc.Qu.M.reſpõdit ſi quid ab ſenatu petere uellent:ab armis diſcedant:Romá ſupplices pro-
ficiſcanť.Ea manſuetudine atque miſericordia dicit ſenatũ.R.P.ſemper fuiſſe:ut nemo unquam
fruſtra ab eo petiuerit auxiliũ. At Catilina ex itinere plæriſque cõſularibus præterea cuique opti-
mo litteras mittit:ſe dicebat falſis criminibus circũuentũ:quoniá factioni inimicorum reſiſtere ne
querit:fortunæ cedere. Maſſiliam in exiliũ proficiſci: non quo ſibi tanti ſceleris eẽt conſcius. Sed
uti.R.P.quieta foret:neue ex ſua contentiõe ſeditio orireť:Ab his longe diuerſas litteras.Qu. Ca-
tullus in ſenatu recitauit:quas ſibi nomine Catilinæ redditas dicebat.Earum exemplum infraſcri
ptũ é.L.Catilina ſaluté.Qu.Catullo.Egregia tua fides re cognita gřa mihi magis ĩ meis piculis:fidu
ciam cõmendationi meæ tribuit.Quáobrem defenſioné in nouo conſilio non ſtatui parare ſatiſſa
ctioné ex nulla conſcientia de culpa proponere decreui: quam mediuſfidius uera. licet ueram co-
gnoſcas iniuriis contumeliiſque concitatus:quod fructu laboris:ĩduſtriæque meæ priuatus ſtatũ
dignitatis nõ obtinebá publicam miſerorum cauſam pro mea conſuetudine ſuſcepi.Nõ qa æs alie
num meis noĩbus ex poſſeſſionibus ſumptũ ſoluere non poſſem:cum & alienis noĩbus liberalitas
horeſtillæ ſuis filiæque copiis perſolueret:ſed quod nõ dignos homines honore honeſtatos uide-
bam:meque falſa ſuſpitione alienatum eſſe ſentiebam:hoc nomine ſatis honeſtas p meo caſu ſpes
reliquæ dignitatis conſeruandæ ſum ſecutus. Plura cum uellé ſcribere nunciatum eſt mihi para-
ri uim. Nunc Horeſtillam cõmendo: tuæque fidei trado eam ab iniuriis defendas: per liberos
tuos rogatus aueto. Sed ipſe paucos dies commoratus apud.C.Flamineum in agro aretino:dum
uicinitatem armis antea ſollicitatam exornat: cum faſcibus atque aliis imperii inſignibus: in ca-
ſtra ad Manlium contendit. Hæc ubi Romæ comperta ſunt:Senatus Catilinam & Manlium ho
ſtes iudicat.Cæteræ multitudini diem ſtatuit:antequam ſine fraude liceret:ab armis diſcedeȓ præ
ter rerum capitalium condénatis:præterea decernit uti conſules delectum habeant. Antonius cũ
exercitu Catilinam proſeq maturet Cicero urbi præſidio ſit ea tempeſtate mihi imperium.P.Ro.
multo maxime miſerabile uiſum eſt.Cui cũ ad occaſum ab ortu ſolis omnia domita armis pare-
rent domi ocium atque diuitiæ:quæ prima mortales putant affluerent.Fuere tamen ciues qui ſe-
que.R.P.obſtinatis aĩs perditum irent.Nanque duobus ſenatus decretis ex tanta multitudĩe ne-
que præmio ĩductus coniurationem patefecerat:neque ex caſtris Catilĩæ quiſq̃ hominum diſceſ-
ſerat. Tanta uis morbi: atque uti tabes plæroſque ciuium animos inuaſerat. Neque ſolum illis
aliena mens erat:q conſcii coniuratiõis fuerant.Sed oĩo cuncta plæbs nouarum rerum ſtudio Ca-
tilinæ incœpta probabat. Id adeo ſuo more uidebať facere. Nam ſemper in ciuitate fuere homi-
nes:in quibus opes nullæ ſunt:bonis ĩuident:malos extollunt:uetera odere:noua exoptant: odio
ſuarum rerum mutari omnia ſtudent. Turba atque ſeditionibus ſine cura aluntur : quoniam
ægeſtas facile habetur ſine damno . Sed urbana plæbs ea uero præceps erat multis de cauſis:
primum omnium qui ubique probro atque petulantia maxime præſtabant. Item alii qui
per dedecora amiſſis patrimoniis. Poſtremo omnes quos flagitium aut facinus domo expule-
rat; hi Romam ſicut aqua in ſentinam confluxerant. Deinde multi erant memores Syllanæ ui-

UVA. BHSC. IyR_138_2

ctoriæ:qđ ex gregariis militibus alios ſenatores uidebát:alios ita diuites:ut regio uictu atque cultu uitá agerent:ſibi qſque ſi i armis foret ex uictoria talia ſperabát.Præterea iuuẽtus q̃ in agris manuum mercede inopia tolerauerat priuatis atque publicis largitõibus excita urbanũ ociũ ingrato labori ꝑtulerat.Eos atque alios oẽs malũ publicũ alebat.Quo minus mirãdũ ẽ homĩes egẽtes malis moribus maxĩa ſpe.R.P.iuſta ac ſibi cõſuluiſſe.Præterea quoꝝ uictoria Syllæ ꝓſcripti parẽtes:& bona erepta & ius libertatis ĩminutũ erat:haud ſane alio aĩo belli euẽtũ expectabát.Ad hoc qcũque aliaꝝ partiũ atque ſenatus erát:cõturbari rẽp.quá minus ualere ipſi malebát.Ideo malũ priſtinum multos poſt ãnos ĩ ciuitatẽ reuerterat.Nã poſtq̃.Cn.Põpeio &.M.Craſſo cõſulibus tribunitia ptás reſtituta ẽ hoies adoleſcẽtes ſummá ptátẽ nacti:qbus ætas aĩuſque ferox erat cœpere ſenatũ criminãdo plæbẽ exagitare:deĩde largiẽdo atque pollicẽdo magis ĩcendere ita ipſi clari potenteſque fieri.Cõtra eos ſũma ope nitebat̃ pleraque nobilitas ſenatus ipſe ꝓ ſua magnitudĩe.Nãque uti pacis ueꝝ abſoluá poſt illa tẽpora qcunque.r.p.agitauere hõeſtis noĩbus alii ſicuti populi iura defẽderent pars quo ſenatus auctoritas maxĩa foret:bonũ publicũ ſimulãtes:pro ſua qſque potẽtia certabát.Neque illis modeſtia:neque modus cõtẽtiõis erat.Vtrique uictoriá crudeliter exercebant.

Sed poſtq̃.Cn.Põpeius ad bellũ maritimũ:atque mitridaticũ miſſus ẽ:plæbis opes ĩminutæ paucorum potentia creuit.Hi magr̃atus:ꝓuĩcias:aliaque oĩa tenere ipſi ĩnoxii florẽtes ſine metu ætatem agere:Cæteroſque iudiciis terrere:quo plæbẽ ĩ magr̃atu placidius tractarẽt.Sed ubi primum dubiis rebus nouãdis ſpes oblata ẽ:uetus certamẽ aĩos eoꝝ arrexit.Quod ſi primo ꝓlio Catilĩa ſuperior aut æqua mãu diſceſſiſſet:ꝓfecto magna clades atque calamitas.r.p.oppreſſiſſet.Neque illis q̃ uictoriá adepti forent diutius ea uti licuiſſet:qn defeſſis & exanguibus:q̃ plus poſſet :imperiũ atque libertatẽ extorqueret.Fuere tamẽ extra cõiurationẽ complures:q̃ ad Catilinã iu initio ꝓfecti ſunt.In his erat Fuluius ſenatoris filius:quẽ retractũ ex itiere parens necari iuſſit.Iidẽ temporibus Romæ Lẽtulus:ſicuti Catilĩa præceperat:quoſcunque moribus aut fortuna nouis rebus idoneos eẽ credebat:aut ꝑ ſe:aut ꝑ alios ſollicitabat.Neque ſolũ ciues:ſed cuiuſcũque modi genus hominũ quod mõ bello uſui foret.Igit̃.P.Vmbreno cuidã negociũ dat.ut legatos Allobrogũ reqrat:eoſque ſi poſſet ĩpellat ad ſocietatẽ belli:exiſtimãs publice:priuatĩque ære alieno opꝑſſos.ꝑterea ꝙ natura gẽs gallica bellicoſa eẽt.Facile eos ad tale cõſiliũ adduci poſſe.Vmbrenus q̃ in gallia negociatus erat:plæriſque cõſulibus ciuitatũ notus erat atque eos nouerat.Itaque ſine mora ubi primum legatos ĩ foro cõſpexit:pcũctatus pauca de ſtatu ciuitatis:& q̃ſi dolẽs eius cãm reqrer̃ cœpit:quem exitũ tãtis malis ſperarẽt.Poſtq̃ illos uidet q̃ri de auaritia magiſtratuũ accuſare Senatũ ꝙ ĩ eo nihil auxilii eẽt ſuis miſeriis remedium expectare mortẽ.At ego inqt oſtendam uobis rationẽ :ſi modo uiri eſſe uultis:qua tãta mala iſta effugiatis.Hæc ut dixit allobroges ĩ maximã ſpẽ adducti Vmbrenũ orare:ut ſui miſereret̃ nil tam aſperum: nil tam difficile eſſe quod nõ cupidiſſime facturi eſſẽt:Dum ea res ære alieno ciuitatem liberaret.Ille eos ĩ domum.D.Bruti perducit: quod foro propinqua erat: neque aliena cõſlii propter ſemproniam.Nam tum Brutus Roma aberat: præterea Gabinium accerſit:quo maior auctoritas ſuo ſermoni ĩeſſet:Eo præſente coniurationem aperit nominat ſocios præterea multos cuiuſque generis innoxios: quo legatis animus amplior eſſet.Denique eos pollicitos operã ſuam domum dimittit.Sed allobroges diu ĩ incerto habuere quidnã conſilii caperent.In altera parte erat æs alienum: ſtudium belli:magna merces in ſpe uictoriæ atque ĩ altera maiores opes:tuta conſilia pro ĩcerta ſpe certa præmia.Hæc igitur illis uoluentibus tãdem fortuna uicit.p.r.Itaque.Qu.Fabio ſange: cuius patrocinio ciuitas plurimum utebatur rem omnem uti cognouerant aperiunt.Ci.per ſangam conſilio cognito legatis præcepit ut ſtudium coniurationis uæhementer ſimulent: cæteros adeant bene polliceãtur.Dentque operam uti eos quam maxime manifeſtos habeant.Hiſdem fere temporibus in gallia citeriore atque ulteriore.Item in agro p̃ceno brutia: apulia motus erat.Nanque illi quos ante Catilina dimiſerat: inconſulte ac ueluti per dementiam cuncta ſimul agebant nocturnis conſiliis armorum tælorum portationibus feſtinando exagitando omnia plus timoris quam periculi effecerant.Ex eo numero complures.Qu.Metellus celer prætor ex ſociis Catilinæ cauſa cognita in uincula coniecerat.Item in citeriore gallia.C.Murena: qui eiꝑ rouinciæ legatus præerat.At Romæ Lentulus cum cæteris : qui principes coniurationis erant.Paratus ut uidebatur magnis copiis conſtituerat.uti cum Catilina in agrum feſulanum cum exercitu ueniſſet.L.Beſtia.Tri.Ple.contione habita conquereretur de actionibus Ciceronis:bellique grauiſſimam inuidiam optimo conſilii imponeret.Eo ſigno proxima nocte cætera multitudo coniuratiõis ſuum quiſque negocium exequeretur: ſed ea diuiſa hoc modo dicebantur.Statilius & Gabinius uti cum magna manu duodecim ſimul opportuna loca urbis incenderent:quo tumultu facilior aditus ad conſulem:cæteroſque:qbus ĩſidiæ parabantur fieret.Cethegus Ciceronis ianuam obſideret.Eumque ui aggrederetur.Alius autem alium.Sed filii familiarum: quorum ex nobilitate maxima pars erat: parentes interficerent ſimul cæde & incendio perculſis omnibus ad Catilinã erũperent.Inter hæc ꝑarata atque decreta Cethegus ſemper

UVA. BHSC. IyR_138_2

querebatur de ignauia ſociorum illos dubitando: & dies prolatando magnas opportunitates corrumpere: facto non conſulto in tali periculo opus eſſe: ſeque ſi pauci adiuuarent languentibus aliis impetum in curia facturum. Natura ferox: uæhemens: manu promptus erat maximum: bonum in celeritate putabat. Sed Allobroges ex præcepto Ciceronis per Gabinium cæteros conueniunt. Ab Lentulo Cethego: Statilio item Caſſio poſtulant iuſiurandum: quod ſignatum ad ciues perferant. aliter haud facile eos ad tantum negocium impelli poſſe. Cæteri nihil ſuſpicantes dant. Caſſius ſemet eo uenturum breui tempore pollicebatur: ac pauloante legatos ex urbe proficiſcitur Lentulus cum his titum Vulturtium quendam crotonienſem mittit: ut Allobroges priuſq̃ domũ pergerent cum Catilina data atque accepta fide ſocietatem confirmarent. Ipſe Vulturtio litteras ad Catilinam dat: quarum exemplum infra ſcriptum eſt.

Vi ſim ex eo quem ad te miſi cognoſces: fac cogites in quanta calamitate ſis: & meminеris te uirum eſſe. Conſideres quid tuæ rationes poſtulent auxilium petas ab omnibus etiã ab infimis. Ad hæc mãdata uerbis dat: cũ ab ſenatu hoſtis iudicatus ſit: quo conſilio ſeruitia repudiet. In urbe parata eſſe omnia quæ iuſſerat: ne cunctet ipſe propius accedere. His rebus ita actis conſtituta nocte qua proficiſcerentur. Cicero per legatos cuncta doctus. L. Valerio Flacco: &. C. Promptinio prætoribus imperat: ut ponte militio per inſidias: Alobrogum comitatus deprehendant. Rem omnem aperit: cuius gratia mittebátur. cætera uti facto opus ſit: ita agant: & permittit illis homines militares ſine tumultu: præſidiis collocatis: ſicut præceptum erat occulte pontem obſiderent. Poſtquam ad id loci legati cum Vulturtio uenerũt: & ſimul utrinque clamor exortus eſt: galli cito cognito conſilio ſine mora prætoribus ſe tradunt. Vulturtius primo cohortatus cæteros gladio ſe a multitudine defendit. Deinde ubi a legatis deſertus eſt: multa prius de ſalute ſua. Promptinium obteſtatus quod ei notus erat. Poſtremo timidus ac uitæ diffidens uelut hoſtibus ſeſe prætoribus tradit. Quibus rebus confectis: omnia per nuntios prope conſuli declarantur. At illum ingens cura atque lætitia ſimul occupauere. Nam lætabatur intelligens coniuratione patefacta ciuitatem in periculis ereptam eſſe. Porro autem anxius erat: dubitans in maximo ſcelere tantis ciuibus deprehenſis quid facto opus eſſet: pœnam illorum ſibi oneri impunitatem perdundæ. r. pu. fore credebat. Igitur confirmato animo uocari ad ſeſe iubet Lentulum Cethegum. Statilio Gabinium. Item quæ ceparium terracinenſem: qui in Apuliam ad concitanda ſeruitia proficiſci parabat. Cæteri ſine mora ueniunt. Ceparius pauloante domo greſſus cognito conſilio ex urbe profugerat. Conſul Lentulum: quod prætor erat ipſe manu tenens in ſenatum perducit. Reliquos cum cuſtodibus in ædem concordiæ uenire iubet. Eo ſenatum aduocat: magnaque frequentia eius ordinis Vulturtium cum legatis introducit. Flaccum prætorem ſcrinium cum litteris: quas a legatis acceperat: eodem afferre iubet. Vulturtius interrogatus de itinere: & de litteris: poſtremo quid: aut qua de cauſa conſilii habuiſſet. Primo fingere: alia diſſimulare de coniuratione. Poſt ubi fide publice data dicere iuſſus eſt: omnia uti geſta erant aperit: docetque ſe paucis ante diebus a Gabinio & cepario ſocium accitum nihil amplius ſcire quam legatos tantummodo audire ſolitum ex Gabinio. P. Antonium. Seruium. Syllam. L. Vargunteum: multos præterea in ea coniuratione Catilinæ eſſe. Eadem galli fatentur. At Lentulum diſſimulantem coarguunt præter litteras ſermonibus quos ille habere ſolitus erat ex libris Sybillinis regnum Romæ tribus Corneliis protendi Cinam atque Syllam antea: tertium ſe dicebat: cui fatum foret orbis potiri præterea incenſo capitolio illum eſſe. xx. annum quem ſæpe ex prodigiis aruſpices reſpondiſſent bello ciuili cruentum fore. Igitur perlectis litteris cum prius omnes ſigna ſua cognouiſſent: ſenatus decreuit: uti abdicatus eſſet a magiſtrátu Lentulus itemque cæteri in liberis cuſtodibus haberentur. Itaque Len. traditur. P. Lentulo ſpintheri: qui tum ædilis erat. Cethegus quinto cornificio. Statilius. C. Cæſari Gabinius. M. craſſo. ceparius nam is pauloante ex fuga retractus erat. C. Terentio traditur: Interea plebs coniuratione patefacta: quæ primo cupida nimis nouarum rerum bello fauebat mutata mente Catilinæ conſilia execrari: ciceronem ad cœlum tollere: ueluti ex ſeruitute erepta gaudium atque lætitiam agitabant. Namque alia facinora prædæ: magis quam detrimento fore: Incendium uero crudele immoderatum ac ſibi maxime calamitoſum putabat: quippe cui omnes copiæ in uſu quottidiano & in quottidiano cultu corporis erant. Poſt eundem diem quidem Lucius Tarquinius ad ſenatum adductus erat. Quem ad Catilinam proficiſcentem retractum ex itinere aiebant. Is cum diceret ſe indicaturum de coniuratione: ſi fides publica data eſſet: iuſſus a conſule quæ ſciret edicere: eadem fere quæ Vulturtius de paratis incendiis: de cæde bonorum: de itinere hoſtium ſenatum edocet. Præterea ſe miſſum a. M. Craſſo: qui Catilinæ nuntiaret ne eum Lentulus & Cethegus: aliique ex coniuratione deprehenſi terrerent. Eo quæ magis properaret ad urbem accedere. Quo cæterorum animos reficeret: & illi facilius a periculo eriperentur. Sed ubi Tarquinius craſſum nominauit hominem nobilem maximis diui

UVA. BHSC. IyR_138_2

tiis ſumma potentia alii rem incredibilem rati pars tametſi ueꝝ exiſtimabant: tamẽ quia in tali tẽ
pore tanta uis hominis magis leniunda q̃ exagitanda uidebatᷣ. Plærique Craſſo ex priuatis negociis
obnoxii conclamant indicem eẽ falſum: deque ea re poſtulant uti referatur. Itaque conſulente Cice
rone frequens ſenatus decreuit Tarqni indicium falſum uideri. Dũque in uinculis retinẽdũ: neque
amplius poteſtatẽ faciundã: niſi de eo indicaret: cuius cõſilio tantã rem eẽt mentitus. Erant eo tẽpo
re q exiſtimarẽt indicium illud a. P. Antonio machĩatũ: quo facilius appellato Craſſo p ſocietatem
periculi reliquos illius potẽtiæ tegeret: alii Tarqnium a Cicerone eẽ immiſſum aiebant: ne Craſſus
more ſuo ſuſcepto maloꝝ patrocinio remp. conturbaret. Ipſum Craſſum ego poſtea prædicãtem
audiui tantã illam cõtumeliã a Cicerone impoſitam. Sed iiſdẽ tẽporibus quintus Catullus caius pi
ſo: neque p̃cibus: neque gr̃a: neque precio Ciceronẽ impellere potuere uti per allobroges aut alium
indicẽ. C. Cæſar falſo nominaretᷣ. Nã uterque graues inimicitias cum illo exercebant. piſo oppugna
tus in iudicio pecuniaꝝ repetundarũ ꝓpter cuiuſdã tranſpadani ſupplicium iniuſtum Catullus ex
petitione põtificatus odio incẽſus: ꝙ extrema ætate uſus maximis honoribus ab adoleſcẽtulo Cæ-
ſare uictus diſceſſerat. Res autẽ opportuna uidebatᷣ: ꝙ is priuatim egregia libertate: publice maxi-
mis muneribus grandẽ pecuniã debebat. Sed ubi conſulẽ ad tantum facinus impellere nequeunt:
ipſi ſigillatim circũeundo mẽtiendo: quæ a Vulturtio: aut allobrogibus audiſſe dicerẽt: magnam il
eſſes:ſed quoniam humanaꝝ rerum plæraque fortuna gerit cui.ſ.complacuit uim & gratiã te expe
riri nunc quoniam per illam licet: feſtina atque uti cœpiſti perge.Multa opportuna habes quo faci
lius errata officiis ſuperes.Poſtremo hæc in pectus tuum dimitte: nunꝗ populũ ro.beneficiis uictũ
eſſe: nam bello quam ualeat tu te ſcis:Ad ea Bocchus placide & benigne ſimul pauca ꝓ delicto ſuo
uerba facit ſe non hoſtili animo: ſed ob regnum tutãdum arma cœpiſſe. nam numidiæ partẽ un/
de Iugurtham expulerit iure belli ſuam factam eam uaſtari a Mario pati nequiſſet.Præterea miſſis
antea Romam legatis repulſum ab amicitia.Cæteꝝ uetera omittere ac tum ſi ꝑ Mariũ liceret lega
tos ad ſenatum miſſuꝝ: deinde copia facta loquẽdi animus barbari ab amicis flexus:quos Iugurta
cognita legatione Syllæ & Manlii metuens id quod parabatur donis corruperat. Marius interim
exercitu in hybernaculis compoſito cum expeditis cohortibus & parte equitatus proficiſcitur in
loca ſola obſeſſum turrim regiam quo iugurtha perfugas omnes ꝑ̃ſidium impoſuerat. Tũ rurſus
Bocchus ſeu reputando quæ ſibi duobus prælíis euenerant: ſeu monitus ab aliis amicis quos inco
ruptos Iugurtha reliquerat. Ex omni copia neceſſariorum quinque delegit: quorum & fides co/
gnita & ingenia ualidiſſima erant. Eos ad Marium :ac deinde ſi placeat Romam legatos iubet ire:
agendarum rerum:& quocunque modo belli componendi licentiam ipſis permittit. Illi mature
ad hyberna romanorum proficiſcuntur. Deinde a getulis latrõibus in itinere circunuenti ſpoliati
que pauidi ſine decore ad Syllam profugiunt.Quem conſul in expeditionem proficiſcens pro præ
tore reliquerat: eos ille non pro uanis hoſtibus : ut meriti erant : ſed accurate & liberaliter habuit
Quare barbari & famam romanorum auaritiæ falſam: & Syllam ob munificentiam in ſeſe ami/
cum rati : nam etiam tum largitio multis ignota erat. Munificus & nemo putabatur: niſi pa/
riter uolens dona omnia in benignitate habebantur. Igitur quæſtori mandata Bocchi patefa
ciunt : ſimul ab eo petunt uti fautor : conſultorque ſibi adſit copias : fidem : magnitudinem re/
gni ſui : & alia quæ aut utilia aut beniuolentia eſſe credebant : oratione extollunt : deinde Sylla

UVA. BHSC. IyR_138_2

oĩa pollicito dicti quomodo apud Mariũ:itẽ apud ſenatũ uerba facerẽt: circiter. xl. ibidẽ operiunt̃:
Marius poſtq̃ infecto quo intẽderat negocio rediit Cirthã de aduẽtu legatoꝝ certior factus ẽ illoſq̃
& Syllã ab utica uenire iubet.itẽ Luciũ belligeꝝ p̃torẽ: p̃terea oẽs undique ſẽatorii ordinis qbus cũ
mãdata Bocchi cognoſcit:in qs legatis poteſtas Romã eundi fit:& ab cõſule interea induciæ poſtu/
labant̃:ea Syllæ & plæriſque placuer̃ pauci ferocius decernũt.ſ.ignari reꝝ humanaꝝ:quæ fluxæ &
mobiles ſẽper in aduerſa mutant̃.Cæteꝝ mauri impetratis oĩbus rebus tres Romã ꝓfecti.cũ. Cn.
Octauio ruffõe: q quæſtor ſtipẽdiũ in africã portauerat.Duo ad regẽ redeũt. Ex his Bocchus cũ cæ/
tera: tum maxĩe benignitatẽ:& ſtudiũ Syllæ libẽs accepit.Romæque legatis eius poſtq̃ erraſſe regẽ
& iugurthæ ſcelere lapſũ depræcati ſunt:amicitiã & fœdus:petẽtibus hoc modo reſpõdet̃.Senatus
& populus romanus beneficii & iniuriæ memor eſſe ſolet. Cæteꝝ boccho quoniã pœnitet delicti
gratiã facit:fœdus & amicitia dabunt̃ cũ meruerit. Quibus rebus cognitis Bocchus ꝑ litteras a Ma
rio petiuit ut ſyllã ad ſe mitteret:Cuius arbitratu de negociis cõmunibus cõſuleret̃. Is miſſus cum
p̃ſidio equitũ atque peditũ:funditoꝝ:baleatoꝝ:p̃terea iere ſagiptarii:& cohors peligna cũ uelitari/
bus armis:itineris ꝓperãdi cauſa:neque his ſecus atque alius armis aduerſũ tæla hoſtiũ qđ ea læuia
ſũt muniti erãt:ſed in itinere quinto denique die Volux filius Bocchi repẽte ĩ cãpis patẽtibus cum
mille & nõ ãplius eqtibus ſeſe oſtẽdit q temere & effuſe eũtes Syllæ aliiſque oĩbus & numeꝝ ãplio
rẽ uero:& hoſtilẽ metũ efficiebãt:igit̃ ſe qſque expedire arma atque tæla tẽtare:intendere:timor ali
quãtus:ſed ſpes ãplior qppe uictoribus & aduerſũ eos quos ſæpe uicerãt:interim eqtes exploratũ ꝑ
miſſi rem uti erat qetã nunciãt. Volux audiẽs q̃ſtorem appellat:dicitque a patre Boccho obuiã illi ſi
mul & p̃ſidiũ miſſũ.Deinde ꝑ eũ & ꝓximũ diẽ ſine metu cõiuncti eunt.Poſt ubi caſtra locata & di
ei ueſꝑ erat:repẽte Maurus incerto uultu pauẽs ad Syllã accurrit:dicitque ſibi a ſpeculatoribus co/
gnitum iugurthã haud ꝓcul abeſſe. Simul uti noctu clã ſecum ꝓfugeret:rogat atq̃ hortat̃ : ille aĩo
feroci negat ſe totiẽs fuſũ numidã ꝑtimeſcer̃:uirtuti ſuoꝝ ſatis credere etiã ſi peſtis certa adeſſet mã
ſuꝝ potius q̃ ꝓditis his quos ducebat:turpi fuga incerte ac forſitã poſt paulo interituræ morbo ui
tæ parceret.Cæteꝝ ab eodẽ monitus uti noctu ꝓficiſcerent̃:cõſiliũ approbat ac ſtatim milites cœ/
natos eſſe in caſtris:igneſque creberrimos fieri.Deinde prima uigilia ſilẽtio egredi iubet:iãque no/
cturno itinere feſſis oĩbus ſylla pariter:cum ortu ſolis caſtrametebat̃ cum eqtes mauri nunciãt iu/
gurthã circiter duum milium interuallo cõſediſſe ãte eos qđ poſtq̃ auditum ẽ:tum uero ingẽs me
tus noſtros inuadit credere ſe ꝓditos a Voluce & inſidiis circunuẽtos. Ac fuere q dicerẽt manu uin
dicãdum neque apud illum tãtum ſcelus inultum r̃liquẽdum. At ſylla q̃q̃ eadẽ exiſtimabat : tamẽ
ab iniuria mauꝝ ꝓhibet:ſuos hortat̃: uti fortẽ animum gererẽt:ſæpe dicebat ãtea a paucis aduer/
ſus multitudinẽ bene pugnatum quãto ſibi in p̃lio minus pepciſſent:tãto tutiores fore:nec quenq̃
decere quẽ manus armauerat ab inermibus pedibus auxilium peter̃ in maximo metu nudum &
cæcum corpus ab hoſte uerter̃.Deinde uolucrẽ:quoniã hoſtilia faceret iouẽ maximum obteſtatus
ut ſceleris atque ꝑfidiæ Bocchi:teſtis adeẽt caſtris abire iubet.Ille lachrymãs orat ne ea crederet: ni
hil dolo factum ac magis calliditate iugurthæ:cui uidelicet ſpeculãti:iter ſuum cognitum eſſet.Cæ
teꝝ quoniã ingẽtẽ multitudinẽ nõ hẽret: & ſpes opeſque oẽs ex patre ſuo pẽderẽt ut crederet illum
nõ auſuꝝ palã:cũ ip̃e filius hic teſtis adeſſet.Quar̃ optimũ factũ uideri ꝑ media eius caſtra palã tran
ſiret ſeſe uel p̃miſſis uel ibidẽ relictis mauris:ſe ſolũ cũ Sylla ituꝝ: ea res uti in tali negocio ꝓbata ẽ
ac ſtatĩ ꝓfecti qa de ĩprouiſo acciderãt:dubio atque heſitãte iugurtha incolumes trãſeũt. Deĩde pau
cis diebus quo ire intẽderãt ꝑuẽtũ ẽ ibi cũ Boccho numida qdã noĩe Aſpar multum & familiariter
agebat:p̃miſſus a iugurtha poſtq̃ ſyllã accitũ audierat oratũ & ſpeculatũ Bocchi cõſilia ierat : p̃terea
Dabat Maſſugradæ filius ex gẽte Maſiniſſæ cæteꝝ materno genere ĩpar:nã mater eius ex cõcubina
orta erat:ob ingẽtia multa facta mauro carus acceptuſque:quẽ Bocchus fidũ ro.multis ãtea tẽpeſta
tibus exꝑtus:illico ad ſyllã nũciatũ mittit paratũ ſeſe facer̃ q̃ po.ro.uellet:colloqo diẽ locũ tẽpus ipſe
deligeret:cõſulta ſeſe diẽ oĩa cum illo integra hẽre:neu iugurthæ legatum ꝑtimeſceret:quo res cõis
licẽtius gereret̃:nã ab inſidiis eius aliter caueri nequiſſe:ſed ego cõperio Bocchum magis punica fi/
de q̃ ob ea quæ p̃dicabat:ſimul romanos & numidã ſpe pacis detinuiſſe multũque cũ ſuo aĩo uolue
re ſolitum:iugurthã romãis an illi ſyllã traderet libidinẽ aduerſus nos:metum ꝓ nobis ſuaſiſſe.Igit̃
pauca ſylla reſpõdit corã aſpere locutuꝝ cætera occulte aut nullo p̃ſẽte aut q̃ pauciſſimis p̃ſẽtibus:ſi
mul edocet quæ reſpõderent̃ poſtq̃ ſicuti uoluerãt cõgreſſi dicit ſe miſſũ a cõſule ueniſſe quæſitum
ab eo: pacẽ an bellum agitaturus foret. Tunc rex uti p̃ceptum fuerat:poſt diẽ decimum redire iu/
bet ac nihil iã nunc decreuiſſẽ ſed illo die reſpõſuꝝ deinde ãbo ad ſua caſtra digreſſi: ſed ubi plærun
que noctis proceſſit Sylla a Boccho occulte accerſit̃ ab utroque tãtũmodo fidi interp̃tes adhibent̃.
Præterea Dabar internuntius ſactus uir iurat ex ſentẽtia ãbobus ac ſtatĩ ſic rex incipit: nunq̃ ego ra
tus ſum fore. Vti rex maximus in hac terra & omnium oppulẽtiſſimus quos noui priuato homi/
ni gratiã deberẽ & Hercule ſylla ante te cognitum multis orãtibus aliis ultro egomet opẽ tuli.nul/
lus indigni. Id immunitum qđ cæteri ſolẽt dolere ego lætor fuerit mihi eguiſſe aliquãdo p̃cium



UVA. BHSC. IyR_138_2

tuæ ãicitiæ q̃ apd̃ aĩum meũ nihil carius hẽo. id adeo expiri licet arma uiros: pecuniã poſtrẽo q̃cq̃d
aĩo libet ſume utere & quoad uiues nũq̃ tibi redditã gr̃am putaueris ſẽp apd̃ me ĩtegra erit. Dẽique
nihil fruſtra uoles: me ſciẽte: nã ut ego exiſtĩo regẽ armis q̃ mũificẽtia uinci mĩus flagitioſũ. Cæter℞
de rep. ur̃a cuius huc curator miſſus es paucis accipe bellũ ego po. ro. neque feci neque factũ unq̃ uo
lui. Fines meos aduerſũ armatos armis tutatus ſũ. Id omit to quãdo uobis ita placet. Gerite uti uul
tis cũ iugurta bellũ ego flumẽ Muluchã qd̃ inter me & micipſã fuit: nõ egrediar: neq̃ intrar̃ iugurtã
ſinã. Præterea ſiq̃d meque uobiſque dignũ petiueris: haud repulſus abibis. Ad ea ſylla ꝓ ſe breuiter
& modice de pace de cõibus rebus multis diſſeruit. Deinde regi patefecit quod polliceat̃ ſenatũ &
po. ro. quoniã ãplius armis ualuiſſet nõ in gratia habituros faciẽdũ aliq̃d quod illo℞ magis q̃ ſuã re
tuliſſe uideret̃ id adeo in prõptu eſſe: quoniã iugurthæ copiã haberet: quẽ ſi romãis tradidiſſet ſor̃
ut illi plurimũ deberet̃ amicitiã fœdus numidiæ ptẽ q̃ nũc peteret tũ ultro aduenturã. Rex primo
negare affinitatẽ cognationẽ: p̃terea fœdus interueniſſe. At hoc metuere: ne fluxa fide uſus popula
riũ aĩos auerteret qs iugurtha carus romãi inuiſi erãt. Denique ſæpius fatigatus leniter ex uolũtate
Syllæ oĩa ſe factu℞ ꝓmittit. Cæter℞ ad ſimulãdũ pacẽ cuius nũida defeſſus bello auidiſſimus erat
q̃ utilia uiſa cõſtituunt: Ita cõpoſito dolo digrediunt̃. Et rex poſtero die Aſperẽ Iugurthæ legatũ ap
pellat. Dicitque ſibi p̃ Dabarẽ ex Sylla cognitũ poſſe cõditiõibus bellũ põi: Quãobrẽ regis ſui ſẽten
tiã exq̃reret ille in caſtra iugurthæ uẽit. Deĩde cũcta doctus ꝓperato itiner̃ poſt diẽ octauũ redit ad
Bocchũ & ei nunciat iugurthã cuper̃ oĩa quæ imparent̃ facer̃: ſed Mario pa℞ cõſider̃. Sæpe ãtea cũ
imp̃atoribus romãis pacẽ conuẽtã fruſtra fuiſſe. Cæter℞ Bocchus ſi ãbobus cõſultũ & ratã pacẽ uel
let daret operã ut una ãbobus q̃ſi de pace in colloq̃um ueniret̃: ibique Syllã traderet ſibi. Cum talẽ
ui℞ in ptãte habuiſſet tũ fore uti iuſſu ſẽatus & po. ro. fœdus fieret: neque hoĩem nobilẽ nõ ſua ca
ptũ ignauia: ſed ob rẽ po. ro. in hoſtiũ poteſtate relictũ iri. Hæc marius ſecũ ipẽ diu uoluẽs tãdẽ ꝓmi
ſit. Cæter℞ dolo an uero cũctatus pa℞ cõperimus: ſed plærũque regiæ uolũtates ut uæhemẽtes ſic
mobiles ſæpe ipẽ ſibi aduerſæ. Poſtea tp̃e & loco cõſtituto in colloq̃um uti de pace uẽiret̃ Bocchus
Syllã modo: modo iugurthæ legatũ appellare benigne habere. Idẽ ãbobus polliceri illi læti pariter
ac ſpei bonæ eſſe plẽi ſed nocte ea q̃ ꝓxia fuit ãte diẽ colloq̃o decretũ Maurus adhibitis amicis ac ſta
tim ĩmutata uoluntate r̃motis a ſe cæteris dicit̃ ſecũ ipſe multa agitauiſſe uultu color̃ ac motu cor
poris pariter atque aĩo uarius: q̃. ſ. ita tacẽte ipo occulta & oris ĩmutatiõe patefeciſſe: tamen poſtrẽo
Syllã accerſiri iubet: & ex eius ſẽtẽtia numidæ inſidias tẽdit: deinde ubi dies aduẽit & ei nuntiatũ ẽ
iugurthã haud ꝓcul eſſe cũ paucis amicis & q̃ſtore nr̃o q̃ſi obuius honoris cauſa ꝓcedit in tumulũ
facillimũ uiſu inſidiãtibus: eodẽ numida cũ plæriſque neceſſariis ſuis inermis uti dictũ erat accedit
ac ſtatĩ ſigno dato undique ſimul ex ĩſidiis inuadit̃. Cæteri obtruncati iugurtha uinctus Syllæ tra/
dit̃ & ab eo ad mariũ deductus ẽ p̃ idẽ tẽpus aduerſũ gallos ab ducibus noſtris. Qu. Scipiõe & Mã/
lio male pugnatum ẽ. Quo metu italia oĩs cõtremuerat. Illique & oẽs uſque ad noſtrã memoriam
romani ſic habuere alia oĩa uirtuti ſuæ prona eſſe cum gallis ꝓ ſalute nõ ꝓ gloria certare. Sed poſtq̃
bellum in numidia cõfectum: Iugurthã Romã uictnm adduci nunciatum ẽ. Marius cõſul abſens
factus eſt & ei decreta prouincia & gallia. Hiſque calendis ianuariis cum magna gloria cõſul trium
phauit tempeſtate ſpes atque opes ciuitatis in illo ſitæ.

FINIS.

CRISPI SALVSTII OPVS FOELICITER EXPLICIT.

## CRISPI SALVSTII ORATORIS CLARISSIMI VITA.

Riſpus Saluſtius uir patricius ab ineunte ætate bõis artibus ĩbutus ad rẽpu. gerẽdã
aĩum applicuit: in q̃ nõ pauca aduerſa paſſus: prudẽtia ſua ſup̃auit. & reſp. iã cartha/
gine atque numãtia euerſa: Aſiaque domita ut nec nobilitati nec uirtuti ſua redde/
rent̃ p̃mia: atque ĩpudẽti atque audaciſſimo cuique plæbs obſeq̃ret̃. Hinc domina
tus. L. Syllæ & proſcriptiõis tabula romanis ciuibus prius ignota ꝓlata eſt: hinc fla
gitioſa Catilinæ cõiuratio. Hinc bellum ciuile inter cæſarẽ & Põpeium exortum li
bertatẽ ciuitati ademit. His igit̃ hoĩum moribus conflictatum Criſpi ingenium ſu
apte natura integrum iuuenili ac flagranti ætate: ꝓcliuem ad adulteria libido rapuit atque corrupit
neque id impune diu admiſit: nã ut Varro tradit ab annio milone domi deprehenſus & grãdi pe/
cunia mulctatus eſt: bis ad ſubſelia accuſatus: atque abſolutus a iudicibus non ſine pecunia ut fert̃
diſceſſit: domũ auitã tãto patris dolore iã ætate cõfecti uẽdidit ut uita decedere cogeretur. Conſum
ptis igitur opibus patris: & quæſtura prius functus: deinde tribunus plebis creatus eſt. Ac poſtrẽo
prætorẽ ulterioris africæ deſignatum: eum ꝓconſulẽ cum exercitu regno Iubæ rege necato Cæſar
præfecit: atque in prouinciã redegit. Quæ ſane Criſpus mutatis moribus iam graueſcẽte ætate per

UVA. BHSC. IyR_138_2

libidinē atque flagitia ꝑdegiſſet:nō mō recuperauit:ſed p̄cioſiſſimos in urbe hortos tyburtināque
uillā ab ipſo Iulio emit.Cuius nutu bello ciuili iā pacto oīa ḡgebant:nec leges maioꝝ āplius in rep.
adminiſtrāda ſeruabant.ſic externo atque barbaro cuique ſi Cæſar iubebat in ſenatū aditus pate/
bat ac ſētētiā nō cōſularis ſed gallus aut ignobilis ac ſordidus q̄ſque dicebat:Quibus rebus indigna
tus ſaluſtius remp.deſeruit:atque ad intermiſſa ſtudia rediēs q̄que a po.ro. Præclare geſta fuiſſent
ſcribere decreuit:ne id ip̄m ocii qđ elegerat ignauia atque deſidia tereret:aut illiberalibus officiis in
tētus minus utilis reip.foret q̄ āte hac extitiſſet. Aggreſſus igiṫ bellū cōtra catilinæ cōiuratiōnē atq̄
Iugurthā numidaꝝ potētiſſimū:ac prudētiſſimū geſtū tāta cura atque diligētia ꝑſcripſit:ut nō āna
les romāos modo: ſed punicos & aphros ac pitos illius linguæ romanoꝝ geſta diligēter euolueret
atque in Africā traiecit:neque legerat tātū:ſed uiſu certiora etiā facta poſteris narraret.in hoc aūt ge
nere ſcribēdi tātū laudis ē aſſecutus:ut Quintilianus grauis atque ſeuerus iudex Tuchididi græco
hiſtoriaꝝ ſcriptori adæquet:quē Cicero tātope laudat:atque ſentētiis crebrū autumat.ut pene uer
boꝝ copiā ſentētiaꝝ frequētia cōſequaṫ.Amicos habuit Corneliū nepotē eodē ſcribēdæ hiſtoriæ
ſtudio delectatū:ac.p.Nigidiū figulū oīum doctrinaꝝ genere:non inferiorē Varoni.Cicero uero ex
familiari inimicus factus:neſcio q̄ de cauſa Terētiā uxorē ab eodē Cicerone repudiatā in uxorē du/
xit:ut ab ea q̄ diu ſūma beniuolētia cū Cicerone uixerit:atque ſuoꝝ cōſilioꝝ nō ignara aliq̄d turpe
eliceret quo acrius atque turpius in eū inueheret.cuius in ciceronē extat inuectiua q̄ frequēti ſēatu
habuiſſe ferṫ:natus Amiterni in ſabinis:bello iugurthio Romæ educatus Criſpus habitauit iuxta
mineruā:ubi nūc tēplū ſāctæ mariæ ueneraṫ:Atque in hunc uſque diem ſaluſtiana domus uocaṫ.
Vixit uſque ad ſexageſimum fecundum annum:ſeptimum poſt Cæſaris obitum: Cuius Terentia
uxor poſtea meſſalæ coruino præſtantiſſimo ſua ætate oratori nupſit.

Diſtichon Martialis.

Hic erit ut perhibent doctorum corda uirorum.
Primus romana criſpus in hiſtoria.

## CRISPI SALVSTII.IN.M.T.CICERONEM INVECTIVA.

g

Rauiter & iniquo aīo maledicta tua paterer.M.Tulli.ſi te ſcirē iudicio magis q̄ mor/
bo animi petulātia iſta uti:ſed cū in te neque modū: neque modeſtiā ullā aīaduerto:
reſpōdebo tibi:ut ſi q̄ maledicēdo uoluptatem cœpiſti:eā male audiendo amittas:ubi
q̄rar quos iplorē.P.C.diripi rēp.atque audaciſſiō cuique eſſe ꝑfidiæ locū : an apđ po.
ro.q ita corruptus ē largitiōibus ut ſeſe ac fortunas ſuas uænales habeat.An apud uos
P.C.quoꝝ auctoritas turpiſſiō cuique ludibrio ē.Vbi.M.T.leges iudicia po.ro.defen
dit: atque in ordine ita moderaṫ q̄ſi unus reliquus ex familia uiri clariſſimi Scipiōis Af.ac nō repe/
titus accitus ac pauloāte inſitus huic urbi ciuis:an uero.M.T.facta tua ac dicta obſcura ſunt:an non
ita a pueritia uixiſti:ut nihil flagitioſū corpori tuo putares:quod alteri collibuiſſet:an ſcilicet iſtā im
moderatā tuā eloquētiā apud.M.Piſonē nō pudicitiæ iactura p̄didiciſſæ.Itaque minime mirādū ē:
quod eā flagitioſe uēdicas:q̄ turpiſſime paraſti.Veꝝ ut opinor ſplēdor domeſticus tibi aīos attollit:
uxor ſacrilega:ac piuriis nobilitata:filia matri pellex: tibi iucūdior atque obſequētior q̄ parēti:par ē.
domū ip̄am tuā ui & rapinis funeſtā tibi ac tuis cōparaſti uidelicet: ut nos cōmonefacias q̄ cōuerſa
reſp.ſit:cū ī ea domo habitares:homo flagitioſiſſime:q̄.P.Craſſi uiri clariſſimi fuit:atque in hac ſita
ſint.Cicero ſe dicit in cōſilio deoꝝ īmortaliū fuiſſe:inde miſſū huic urbi ciuibuſque cuſtodē.abſq̄
carnificis nomine:qui ciuitatis īcōmodū in gloriā ſuā ponit:q̄ſi uero non illius coniurationis cauſa
fuerit cōſulatus tuus:& iccirco reſpu.diſiecta:eo tempore quo te cuſtodem habebat.ſed ut opinor il
la te magis extollunt:quæ poſt cōſulatum cum uxore de rep.cōſuluiſti:cū legis placiæ iudicia domi
faciebatis: ex cōiuratis alios pecuniæ condēnabas. Cū tibi alius Tuſculanam.Alius Pompeianā uil/
lam ædificabat: Alius domum emebat: qui uero nihil poterat hic erat calumniæ proximus : Hic
aut domum tuā oppugnatum uenerat: aut inſidias ſenatui fecerat:denique eo tibi cōpertum erat.
Quæ ſi tibi falſa obiicio: redde rationem quātum patrimonii acceperis:quid tibi litibus accreuerit:
quā ex pecunia domū paraueris:Tuſculanū & pōpeianum infinito ſumptu exædificaueris. Aut ſi
retices:cui dubiū poteſt eſſe quin opulētiā iſtā ex ſāguine & miſeriis ciuium paraſti. Veꝝ ut opinor
homo nouus arpinas:ex.M.Craſſi familia illius uirtutē imitaṫ. Contemnit ſimultatē hominum
nobilium.P.R.curam habet:neque terrore neque gratia moueṫ.Illud uero amicitia tantum ac uir
tus eſt animi:imo uero homo leuiſſimus:ſupplex inimicis:amicis contumelioſus:modo harū:mo
do illaꝝ partium:fidus nemini:leuiſſimus ſenator: mercenarius patronus:cuius nulla pars corpo/
ris a turpitudine uacat:lingua uana:manus rapaciſſimæ: gula immēſa: pedes fugaces:quæ honeſte
nominari non poſſunt inhoneſtiſſima:Atque is quum eiuſmodi ſit tamen audet. O fortunatam
natā me cōſule romā:te fortunatam conſule Cicero:imo uero infœlicem & miſerā:quæ crudelis

M.plautius Salinator legem tulit de rep.consulendo:sing consilio aderent.xv.plebis TRi.& Conss.necnon alij nobiles Ro.cives.



UVA. BHSC. IyR_138_2

ſimá ꝓſcriptioné ciuiũ perpeſſa eſt: cũ tu ꝑturbata repu. metu perculſos omnes bonos parere crudelitati tuæ cogebas: cum oia iudicia: oés leges in tua libidine erãt. Cũ tu ſublata lege portia; erepta libertate; oium noſtrũ uitæ necisq; quæ poteſtaté ad te unũ reuocaueras: atque paꝫ quidé; uel paꝫ é quod impune feciſti: ueꝫ etiá commemorãdo exprobras: neque licet obliuiſci ius ſeruitutis ſuæ: egeris oro te Cicero feceris qd libet; ſatis eſt ꝑpeſſos eſſe: etiá neq; aures noſtras odio tuo onerabis? et neq; moleſtiſſimis uerbis inſectabere? Cedát arma togæ: cõcedát laurea linguæ. Quaſi uero togatus & nõ armatus ea quæ gloriaris cõfeceris; atque inter te ſylláque dictatoré: præter nomen imperii quicq̃ interfuerit: ſed quid ego plura de tua inſolétia commemorem? quem minerua omnes artes edocuit: Iuppiter optimus maximus in cõſilium deorum admiſit. Italia exulé humeris ſuis reportauit. Oro te Romule arpinas: qui egregia tua uirtute oés populos; Fabios: ſcipiones ſuperaſti; qué tãdem locum in hac ciuitate obtines? quæ tibi partes. R. P. placent: qué amicũ: qué inimicũ habes: cui in ciuitate feciſti inſidias; quo iure de exilio tuo durachio rediſti: cũ ſequebaris quos tyránnos appellabas; eoꝫ potétiæ faues; qui tibi ante optimates uidebátur: eoſdem dementes ac furioſos uocas Vatinii cauſam magis de Sextio male exiſtimas. Bibulum petulátiſſimis uerbis lædis. Laudas Cæſarem qué maxime odiſti: & ei maxime obſequeris; aliud ſtans: aliud ſedés; ſentis de repu.: his maledicis; illos odiſti leuiſſime tranſfuga: neque in hac neque in illa parte fidem habes.

## M. T. CICERONIS IN CRISPVM SALVSTIVM RESPONSIO SEV INVECTIVA.

e A demũ magna uoluptas eſt Criſpe Saluſti æqualé ac paré uerbis uitá agere: neque qcq̃ tam obſcœnũ ducere cui nõ ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua reſpõdeat: ut oís oratio moribus cõſonet: neque enim qui ita uiuit ut tu aliter ac tu loq poteſt: neque qui tá illoto ſermone utitur: uita honeſtior eſt. Quo me uertá. P. C. unde initium ſumá: maius enim mihi dicédi onus imponitur: quo notior eſt uterque noſtrum. Quod ſi aut de mea uita atque actibus noſtris huic cõuitiatori reſpõdero: inuidia gloriá cõſequetur: aut ſi huius facta mores omné ætaté nudauero: in idé uitium incidá procacitatis quod huic obiició. Id uos ſi forte offédimini: iuſtius huic: quá mihi ſuccéſere debetis: qui initiũ introduxit: ego dabo operá ut & pro me minimo cum faſtidio reſpondeam: & in hunc minime mentitus eſſe uidear: ſcio me. P. C. in reſpondendo non habere magnam expectationem quod nullum uos ſciatis nouum crimen in Saluſtium audituros ſed omnia uetera recognituros. Quibus & meæ & ueſtræ iam & ipſius aures calent. uerum eo magis odiſſe debetis hominem qui ne incipiens quidem peccare minimis rebus poſuit rudimentum: ſed ita ingreſſus eſt: ut neque ab alio uinci poſſit: neque ipſe ſe omnino reliqua ætate præterire. Itaque nihil aliud ſtudet: niſi ut lutulentus cum quouis uolutari. longe uero fallitur opinione. nõ enim procacitate linguæ uitæ ſordes eluuntur: ſed eſt quædam calumnia; quæ unuſquiſque noſtrũ teſtante animo ſuo fert; de eo quod falſum crimen obiectat. Quod ſi uita iſtius memoriam uicerit aliam. P. C. nõ ex oratione ſed ex moribus ſuis ſpectare debebitis. Iam dabo operam q̃maxime potero; breue ut faciam; neque noſtra uobis altercatio inutilis erit. P. C. plærunque enim reſp. priuatis creſcit inimicitiis; ubi nemo ciuis qualis ſit uir poteſt latere: Primum igitur quoniam omnium maiores Criſpus Saluſtius ad unum exemplum & regulam quærit: uelim mihi reſpondeat; nunquid hi quos protulit Scipiones & Metelli ante fuerunt. aut opinionis: aut gloriæ quam eos res ſuæ geſtæ: & uita innocentiſſime acta cõmendauit. Quod ſi hoc fuit illis initium nominis & dignitatis: cur non æque de nobis exiſtimetur? cuius & res geſtæ illuſtres ſunt & uita integerrime acta: quaſi uero tu ſis ab illis uiris Saluſti ortus: quod ſi eſſes: nõnullos iam tuæ turpitudinis pigeret: ego meis maioribus uirtute mea prælaxi: ut ſi prius noti nõ fuerít a me accipiát initium memoriæ ſuæ. Tu tuis uita quá turpiter egiſti: magnas effudiſti tenebras: ut etiam ſi fuerint egregii ciues certe uenerint in obliuioné. Quare noli mihi antiquos uiros obiectare: ſatius é enim me meis rebus geſtis florere: quam maioꝫ opinione niti: & ita uiuere: ut ſim poſteris meis nobilitatis initium & uirtutis exéplum: neque me cum his cõferre decet. P. C. qui iam deceſſerũt: omnique odio carent & inuidia: ſed cum his qui mecum una in rep. uerſati ſunt: ſed ſi fuerim aut in honoribus petendis nimis ambitioſus; non hanc dico popularem ambitionem; cuius me principem confiteor: ſed illam pernicioſam contra leges cuius primos ordines Saluſtius duxit; aut in gerundis magiſtratibus: aut in iudicandis maleficiis tam ſeuerus: aut in rep. tam uigilás: quá tu proſcriptionem uocas: credo quod non omnes tui ſimiles incolumes in hac urbe uixiſſent. At quáto meliore loco reſpu. ſtaret; ſi tu par ac ſimul ſceleſtorum ciuium una cum illis annumeratus eſſes: an ego tunc falſo ſcripſi. Cedant arma togæ: qui togatus armatos & pace bellum oppreſſi: an illud métitus ſum: fortunatam me conſule romam. Qui tantum inteſtinum bellum; ac domeſticum urbis incendium extinxi: neque tui piget te homo leuiſſime; cũ ea culpas: quæ in hiſtoriis mihi gloriæ ducis. An turpius eſt ſcribentem métiri; quam illum palam hoc ordine dicétem? nam quod in

UVA. BHSC. IyR_138_2

ætatem increpuiſti:tantum me abeē puto ab impudicitia:q̄tum tu a pudicitia. Sed quid ego de te
plura q̄rar? Quid.n.mētiri turpe dices:q auſus mihi ſis eloquētiā ut uitiū obiicere?cuius ſemꝑ no
cens eguiſti patrocinio:an ullū exiſtimas poſſe fieri ciuē egregium: q nō his artibus & diſciplinis ſit
eruditus:an ulla alia putas rudimēta & incunabula uirtutis:q̄bus animi ad gloriæ cupiditatē alunt̄.
ſed mīme miꝝ ē.P.C.ſi hō q deſidiæ ac luxuriæ plenus ſit:hæc ut noua ac inuſitata mirat̄.nā ꝙ iſta
inuſitata rabie petulāter in uxorē & in filiā meā inuaſiſti:quæ facilius mulier̄s ſe a uiris abſtinuerūt:
quā tu uir a uiris:ſatis docte ac perite feciſti:nō.n.me ſperaſti mutuā tibi gratiā relatuꝝ:ut uiciſſim
tuos cōpellarē:unus.n.ſatis es materiæ habēs:neque q̄cq̄ turpius eſt domi tuæ q̄ tu.Multū te uero
opinio fallit:q mihi putaſti parare inuidiā:ex mea re familiari:q̄ multo mihi minor ē:q̄ hr̄e dignus
ſum.Atque utinā ne tanta q̄dē eēt q̄ta ē:ut potius amici mei uiuerēt:q̄ ego teſtamētis eoꝝ locupleti/
or eēm:ego fugax Criſpe Saluſti:furori tribuni plæ.ceſſi:utilius duxi: q̄uis fortunā unus expiri: q̄
uniuerſo po.ro.ciuilis eēm diſſenſionis cā:q poſtea ciuilē ſuū animū rep.depacatus eēt:oīaque q̄cun
que cōmouerat pace & ocio reſederūt:hoc ordine reuocāte:atque ipſa rep.māu retrahēte me reuer
ti:q mihi dies:ſi cū oī reliqua uita cōferat̄:animo q̄dē meo ſupet:cū uniuerſi uos :populuſque Ro.
frequēs aduentu meo gratulatus:tāti me fugacē mercenariū patronū hi exiſtimauerunt :neque her
cule miꝝ ē ſi ego ſemꝑ iuſtas oīum aīcitias exiſtimaui.nō.n.priuatim uni āncillatus ſum: neque me
addixi:ſed q̄tum q̄ſque reip.ſtuduit:tātū mihi fuit:aut amicus aut aduerſarius:ego nihil plus uolui
ualer̄ q̄ pacē.multi priuatoꝝ audacias metuerunt.ego nihil timui niſi leges:multi arma ſua timeri
uoluerunt:ego nunq̄ uolui q̄cq̄ poſſe mihi ꝓ uobis:multi ex uobis potētia fræti:uobis ſuis uiribus
abuſi ſunt.Itaque nō ē miꝝ ſi nullius aīcitia uſus ſum:q̄ nō ꝑpetuo reip.amicus fuit:neque me pœ/
nitet.ſi aut potēti uaticinio reo patrociniū pollicitus ſum:aut Sexti inſolētiā repreſſi:aut bibuli pati
entiam culpaui:aut uirtutibus cæſaris faui:quæ ſi tu mihi ut uitia obiicis:temeritas tua reprehēde
tur:nō mea uitia culpabunt̄.plura dicerē ſi apud alios mihi eēt differēdū.P.C.nō apud uos quos ha
bui omniū actionū meaꝝ munitores:ſed ubi reꝝ teſtimōia adſunt:q̄d opus ē uerbis?nunc ad te ut
reuertar Saluſti:patrēque tuum p̄tereā:q ſi nunq̄ in uita ſua peccauit:tamē maiorē iniuriā reipu. fa
cere nō potuit q̄ ꝙ te talē filiū genuit:neque tu ſiq̄ in pueritia peccaſti exeq̄r: ne parētē tuum uidear
accuſare:ꝙ eo tp̄e ſummā tui poteſtatē habuit:ſed qualē adoleſcētiā egeris:hac.n.demōſtrata facile
intelliget̄:q̄ petulanti pueritia :q̄ impudicus & ꝓcax adoleueris:poſtea q̄ immēſæ gulæ impudiciſſi
mi corpis quæſtus ſufficere nō potuit:& ætas tua ad ea patiēda q̄ alteri facere collibuiſſet:exoluerat:
cupiditatibus infinitis efferebaris:ut quæ ipſe corpi tuo turpia nō duxiſſes in aliis experireris: ita nō ē
facile reputar̄.P.C.utrū in hōeſtioribus corpis ꝑtibus rē q̄ſierit.an amiſerit domū paternā uiuo pa
tre turpiſſime uænalē habuit uēdidit:nec cuiq̄ dubiū eē pōt q̄n mori coegerit eū:quo nōdum mor
tuo ꝓ hærede geſſerit oīa.nec pudet a me q̄rere:q̄s in.P.craſſi domo habitet:cū ipſe reſpōder̄ neque
at:q̄s in ipſius habitet p̄rīna domo.At hercule lapſus ætatis tyrocinio poſtea ſe correxit:nō ita ē: ſed
abiit in ſodalitiū ſacrilegi:nigidiā bis iudicis ad ſubſellia attractus extrēa fortuna ſtetit: & ita diſceſ/
ſit:ut nō huic innocēs eē ſed iudices peieraſſe extimarent̄.primū honorē in quæſtura adeptus:ſecu
tus ē hunc locū & hunc ordinē deſpectū:cuius aditus ſibi quoque ſordidiſſimo hominū patuiſſet.
Itaque timēs ne facīora eius clādeſtina:clara uobis eēnt:cū oībus matrū familiarū uiris opprobrio
eēt.cōfeſſus ē nobis audiētibus adulteriū:neque erubuit ora ueſtra: uixeris ut liber Saluſti:egeris q̄
uolueris:ſatis ē unū te tuoꝝ ſceleꝝ eē cōſciū.noli nobis lāgorē & ſoporē nimiū exprobrare.Sumus
diligētes in tuēda pudicitia uxoꝝ nr̄aꝝ:ſed ita expti nō ſumus:ut a te cauere poſſimus. audacia tua
uincit ſtudia noſtra.Et ꝙ hunc mouere poſſit factū aut dictū turpe: quē nō puduerit palā uobis au
diētibus adulteriū cōfiteri:ꝙ ſi nihil ꝓ me tibi reſpōdiſſe uoluiſſē:ſi illud cēſoriū eloqum Apii Clau
dii:&.L.Piſonis palā uniuerſis recitarē:nōne tibi uiderer æternas iniicere maculas?q̄s reliq̄ uita tua
eluere nō poſſet:neque poſt delectum ſenatus te unq̄ uidimus:niſi forte in ea re:caſtra cōieciſti:quo
oīs ſentina reip.cōfluxerat.Atque idē Saluſtius q in pace nec ſenator q̄dē māſerat:poſtea q̄ reſpu.ar/
mis opꝑſſa ē:& idē uictor:q exules reduxit:in ſenatū:poſt q̄ſturā reductus ē:quē honorē ita geſſit:ut
nihil uēale nō in eo habuerit:cuius aliq̄s ēptor fuerit.Itaq̄ egit ut nihil nō æquū atq̄ ueꝝ duxerit:q̄d
ipſi facer̄ collibuiſſet:neq̄ aliter uexauit:ac debuit:ſiq̄s p̄dæ loco accepiſſet magr̄atū: pacta q̄ſtura po/
ſtea q̄ magna pignora eis debuerat:cū q̄bus ſimilitudine uitæ ſe coiūxerat:unus iā ex illo grege uide
bat̄.Eius.n.ꝑtis exēplar erat Saluſtiꝰ:ꝙ tātū ī unā uoraginē cœtus oīum uitioꝝ exceſſerat:q̄cq̄d im/
pudicoꝝ cillonū paricidaꝝ:ſacrilegoꝝ debitoꝝ fuit in urbe:mūicipiis:coloniis. Italia tota ſicut in
fretis ſubſederāt nōis p̄dicti ac notatiſſimi:nulla in ꝑte caſti:niſi licētia uitioꝝ ac cupiditate rerū no
uaꝝ.Ac poſtea q̄ p̄tor ē factus modeſte ſe geſſit & abſtinēter:nōne ita ꝓuinciā uaſtauit: ut nihil neq̄
paſſi ſint:neque expectauerint grauius ſocii nr̄i in bello q̄ expti ſunt in pace:hoc Africa interiore ob
tinente.Vnde tantū hic exhauſit.p.c.q̄tum uoluit ne cām diceret:ſeſtertiū duodecies cū cæſare paci
ſcit̄.ꝙ ſi q̄ppiā eoꝝ falſū ē hic palā refellere:unde q nō mō ne p̄rīnā q̄dē domū redimere potueris:re
pēte tāq̄ ſōnio btūs:hortos p̄cioſiſſimos uillā Tiburti.C.Cæſaris reliq̄s poſſeſſiōes parāueris: neque

piguit q̄rere cur ergo.Pa.Craſſi domū emiſſem:cū tu ueteris uillæ dominus ſis:cuius pauloāte fue
rit cæſar:mō inq̄ primōio nō comeſo:ſed đuorato:qbus rōnibus repēte factus es:tā affluēs & tā be
atus:nā qs te faceret hæredē:quē ne amicum qdē ſatis hōeſtum qſq̄ ſibi ducit:niſi ſimilis ac par tui:
At hercule egregia facta maiorum tuorum te extollunt:quoꝝ ſiue tu ſimilis es:ſiue illi tui:nihil ad
tuum ſcelus ac neqtiā addi pōt:ueꝝ ut opinor honores tui te faciunt inſolētē.Tu Criſ.Saluſti toti/
dē te putas eē bis ſenatorē:& bis q̄ſtorē fieri:q̄ bis cōſularē & bis triumphalē carere debet omni ui
tio:q in alteꝝ dicere paratus ē.Demum male dicit:qui nō pōt ueꝝ ab alio audire. Sed tu omnium
mēſarum aſſecla:omnium cubiculoꝝ in ætate pellex: & idē poſtea adulter:oīs ordinis turpitudo:
& ſimul belli mēoria.Quid.n.hoc grauius pati potuimus:q̄ q̄ te incolumē in hoc ordine uideāus:
deſine bonos petulātiſſima cōſectari lingua:deſine morbo ꝓcacitatis iſto:deſine unūquēque mori/
bus tuis æſtimare:his moribus amicū tibi efficere nō potes:uideris uelle inimicum hr̄e.Finē dicēdi
faciā.p.c.Sæpe.n.uidi grauius offēdere animos auditoꝝ eos q aliēa flagitia apte dixere:q̄ eos q cōmi
ſere:mihi qdē rō hēnda ē:non quæ Saluſtius merito debeat audire:ſed ut ea dicam:ſi qua ego hone
ſte effari poſſum.Vale.

Oratio Lucii Catilinæ reſponſiua in Marcum Tullium Ciceronem.

Mnis hoīes qui in maximis principatibus uitam agunt aut q de rebus publicis aut
priuatis cōſultāt:decet inprimis aīaduertere ne cuiq̄ uoluptati temere aſſentiāt:ne/
ue liberꝝ ingenium furore aut iracundia peſſundēt.Sed uigilātius enitēdum eſt: ut
o durent inuictis aīs:ut omniū rōnes æq̄ circunſpiciāt.Nec in alterutrā ꝑtē declinent:
donec in luce clariores in apertum deductæ:& ſatis perroratæ uideant.Difficile eſt
enim commotis animis & cōcitatis ingeniis ueꝝ cuiq̄ ꝑſuadere. Tāta fit plerūque
uis ac frequētia orōnis.hæc ſi fuiſſet uobiſcū.p.c.aīaduerſio:dū ꝓperā de meis mori
bus cōſul noſter tāta acerbitate loq̄bat:cum ꝑniciosa & inſolēti facundia in caput meū ueſtros con
citabat animos:modulabat orationē.Cōſiderē ꝑfecto ut illius ꝓcacitas hodierna die innocētia nr̄a
deleret.Sed uideo iā ſuggeſtiōe cōſulis pectora ueſtra rebus incudere:uix meā ꝓpeti orōnē.Credere
iā illius auctoritati:meæ pudicitiæ diffidere.Quāobrē facile uereor ne ſera ſit noſtræ ſalutis defēſio
Nā paucoꝝ inuidia plærunque innocētes iure aut iniuria ſuppeditant.Quæ res ꝑfecto neque con
ſtātiæ uiroꝝ illuſtrium:neque romāæ diſciplinæ neque ſenatoriæ dignitatis officia uident.Quare
ꝑ deos immortales uos.p.con.atque humāitatē ueſtrā appello ut in tātis rebus nō facile iudiciū ex/
cipiatis:demulſos ac deuinctos animos facundia Cicerōis priſtinæ integritati reſtituite: & ita reſti/
tuite:ut aliq̄do Ro.patricii atque Catilinæ uerba intelligatis.Si q̄d in patriā peccaui q̄rites:neq̄ grati
am:neque miſericordiā imploro.Erigite tū ab hac luce animā.Trucidate hoc corpus & mēbra hæc
impudētia diuellite.Nō eo tēdit orō noſtra:ut catilinæ miſereamini.Sūma ē.n.miſericordia in par
ricidā ſubitū ſupplicium animaduertere.Sed hāc uerbis clæmētiā poſtulo.P.C.ne omnino innocē
tiam deſeratis: ne dum libertatē defenditis paucoꝝ iniq̄tate plæroſque innoxios ꝑditū eatis.Oſtē/
dam uobis atque elucidabo:acerbas in cōſilio noſtro mecū inimicitias nō ſalute reip.fuiſſe:exagitā/
di impii cā nō māu tenēdæ libertatis deſiderio cuncta.Nā q̄tæ primū in ſupioribus ānis immode/
rate in me illum diſcordiæ agitauerint:q̄tiſque atque q̄ crebris poſtea inuicē cōtumeliis uerſati fui/
mus nō referā:uobis.n.omnibus nota ſunt q̄rites:Sed ea malo dicere:q̄ ꝓximis comitiis poſtq̄ con
ſul deſignatus ē impudēter & temere:q̄ tādē euomit:ſe nihilo magis q̄ excidio Catilinæ cōſulatū pe
tere.Teſtes hic duo uiri clariſſimi.M.An.cōſul &.C.cæſar: quoꝝ auctoritate terminatio illa eo tꝑe
ueluti paꝝ cōſulta reprobata ē.Itē nūc.P.C.talibus aīs impia tribuite:q curioſius priuatas inimiciti
as q̄ totius reip.ſalutē ꝓſeq̄nt.Nō cupit Cicero cōſulatum ut opē referat miſeris:ut potentiā impro
boꝝ arceat:ut ciuitatē defendat:ut reip.cōſulat:ſed ut maxime Catilinā delere & circunſcriber poſ
ſit.Hæc ſunt officia uiri cōſularis:hæc glorioſi & ſāctiſſimi ciuis inſtitutiōes. Tales hoīes in dandis
magr̄atibus nobilitati āteponite:qbus tātus & uaſtus ē aīus extinguēdi nobilitatē.nā q̄ mihi huius
uiri interminatum ē:diligētius in uos oēs cōuerteret.Credite mihi.P.C.credite:rata ē inter tam diſ
ſimiles aīos beniuolētiæ caritatiſquē cōſenſio.Ille ex municipio arpinati nouus hoſpes huic urbi in
ſitus:eā uelut ingenitā rabiē atque inuidiā aīo uolutat:q̄ nouus exteris ciuibus non tātū mores:ſed
ueteri cōſuetudine natura cōpauit.Pridie ibi in petitiōe cōſulatus pr̄ia exprobrata ē:aliq̄do nouitas
generis obiecta:æquo aīo tātā cōtūeliā toleraſſe:tunc impatiētiſſimū hominē exiſtimatis.Incitabit
eo tꝑe truculēto ſpiritu laceſſitū ingeniū:& ueluti uipera ſerpēs inflammato ac uenefico pectore fe/
rox eius & crudelis animus agitabat.Hic q̄ ſe patrē patriæ nominat:q dicere ſolitus ē hāc rempub.
ſuo ſplēdore decoratā:q uiroꝝ omnium illuſtrium:ac ꝓſtātiſſimoꝝ familias non mō æquaſſe:aut
aliquādo ſuis moribus:ueꝝ tamē oīum maioꝝ uirtutē ſupaſſe:cū obiectari ſibi nouitatē uideret:
quo putatis eū ingēio ꝓferre potuiſſe.Infremebat tūc dētibus:atque in uos oēs rabido rictu cōceptā
latēter iram acuebat:quam neque lenitam adeptione conſulatus in poſterum putetis.Cum non ue

UVA. BHSC. IyR_138_2

ſtra gratia:ſed ſuis maximis uirtutibus conſequi tantam dignitatẽ debere arbitretur. Nunc itaque
priores illos impetus exeq̃tur. Nunc his artibus ꝑturbare ciuitatẽ inſtituit. Nunc ſe his cõſiliis ulci/
ſci & nobilitatẽ eo deducere:ut nunq̃ ſibi nouitas obiiciat. Faciet hoc. P. C. faciet niſi ueſter pruden/
tiſſimus animus aliq̃do noſtræ oĩum ſaluti:& uniuerſæ reipu. conſulat. Iã hoc primũ initio ab hoc
principe ſcelerũ:ab hoc flagitiorũ artifice. ita ciuitas nr̃a dira ac peſtilenti labe cõſperſa ẽ. Ita pniciosũ
ſemẽ diffundit in patriã:ut ſi aliq̃do cõſitum radicibus paulũ altius coaluerit:delebitur q̃dẽ hæc reſ
pub. pulcherrimũ hac a ſtirpe cõcidet imperium. Nihil. n. ẽ tã piculoſum ciuitatibus:q̃ cum delecti
ciues inter ſe diſſidẽt. Inimica nãque ẽ rerum maximarum diſcordia. Ea res fortes diſſipat & demolit:
Eã q̃dẽ hanc nunc inſeruit nr̃æ ciuitati. Hãc inter nos calamitatẽ ingeſſit:q̃ ſi nõ mature ꝓuideatur:
uideo iã ſummã fortunæ cõiunctã hanc rẽp. Video iã arma in mãibus ueſtris:alterũ alteri obſiſtere
hunc ꝓſcribi:alterũ uero trucidari. Vtinã. n. rerũ malarum innocẽs Catilinæ finis eẽt:uti ẽ initium:
Nullũ foret mihi graue ꝑ rep. piculũ ſubire:patriæ eq̃dẽ ꝓſcribi:patriæ abdicari:emori paterer. Sed
nõ ſemꝑ cunctis mortalibus idẽ aĩus ẽ. Erit alter impatiẽs:q̃ ulciſci malit q̃ improborũ ꝑpeti iniuri
as. Tunc neceſſe ẽ:ut ciuili bello res agitent:piclitabit tunc patria:& in ancipites cãus:certumque ur
bis excidium cõcidet repẽte:& uẽtura tunc ingẽte læticia efferent:& optatis ſeſe rebus potiri gloria
bitur. Cũ hãc uidebit armis ſplẽdere patriã:& iſtã admotis ignibus urbẽ lucere. Tũc laudabit ſua cõ
ſilia:& extollet inuictum aĩum:& pro ſuis cõtumeliis ſatis ſe maioreſque ſuos ultũ iri exiſtimabit.
Nã ꝑdicare aliq̃do ſolitus originẽ ſe generis habuiſſe:ex Tullii hoſtilii familia uolſcorũ regis:q̃dẽ po.
ro. inimiciſſima:q̃ ſola ꝓrſus nota ẽ occaſio ut uniuerſum ſit ſibi nomẽ po. ro. odio:ſempque exhor
reat hãc rẽp. cuius ditiõe obſcurata ẽ maiorũ ſuornm familia:& ſubactũ eius ac demolitum impiũ:
q̃ res:q̃tæ curæ hẽnt humãis ingeniis uos ipſi exiſtimate. Hoc ego tãtum de Cice. exiſtimare poſſũ:
ut ꝓ ſide illa maiorũ ſuorũ inuidia:ueteres illæ inimicitiæ impatiẽtis aĩ ſuũ ſemꝑ ingenium agitent:
nunq̃ impetu aut rabie q̃eſcãt. Tãta ẽ illius aĩ immoderata euertẽdi huius impii libido:uidelicet pa
cato. n. orbe terrarũ:tot ꝓfligatis regibus:tot populis:tot gẽtibus:tot exteris nationibus ſubactis:ter
ras undique & maria impio nr̃o parere:nullũ ſupiorẽ hoſtẽ po. ro. cui nõ nr̃a uirtus lõge ꝓbata ſit.
Defluxit itaque illi ſpes oĩs extrinſecus huius impii demoliendi. Tute nobis omnia q̃eſcunt: oẽs ul
tro obtẽperãt. Cũ uero ſeſe maioreſque ſuos uindicatũ iri malit:nec poſſit unq̃ ab illa opiõe duri
& crudelis aĩus q̃eſcere. Ad has cõfugit ꝑturbatiões:q̃bus priuatis inimicitiis:mecũ primo:poſtrẽo
in uniuerſam rẽpu. cõferre putat. Accuſat itaque amicũ ſibi Catilinã:& plæroſque alios eiuſdẽ cõſci
os cõiuratiõis:uelle rẽp. inuadere:euertere patriã:urbẽ deformare:domibus:tẽplis:aris incẽdia para
re:ſtupra:uirgines:ſenes:plæbẽ ac patricios iugulare:nuſq̃ iræ:aut ferro ꝑcere: donec pulcherrima
iſta oĩum impatrix a ſtirpe intereat. Sed ꝑ deos immortales neſcio quorſum tẽdat uana hæc homi
num exiſtimatio. Vt q̃ſq̃s mortaliũ credat aliquẽ eẽ tã ꝑditum:aut tã ꝓrſus ignarũ rõnis. Cui nõ q̃n
dã intelligat inſitã patriæ pietatẽ:q̃ ſemꝑ q̃dã tacita ac uehemẽtiſſima ui naturæ hũanis pectoribus
infundit. Quis itaque romãus animus tãtã reip. calamitatẽ afferre cupiat? Quis. n. tã acerrimus po.
romãi hoſtis:ille ẽt carthaginẽſiũ dux Hannibal maiora nobis aut patria excogitare potuiſſet. Ego
ne rẽpu. inuadere uelim:q̃ & ꝓ repub. ingẽtia picula ſuſcepi? Ego ne ſenatũ urbẽ deformare:tot am/
pliſſimis beneficiis nr̃æ familiæ decoratã audirẽ? Ego ne romãorũ tẽpla incẽdere:q̃ tot ſigna:tot ta/
bulas maiorũ nr̃orum oſtẽdunt? Ego ne togatos patricios aut ſenatores iugulare:q̃ inter dignitates
mõ honore ꝑfectus ſum? Ego ne cãdidatus reliq̃s ſceleribus deturpare ciuitatẽ:q̃ plærunque ne q̃s
deturparet ſũma ope ꝓpulſaui? Quæ ſpes? Quis aĩus? q̃ occaſio me ad tale facinus impellunt? Nũ
cã forte:quã pauloãte Cice. diſſeruit:libido dominãdi. Nõne q̃et ẽ dignitatẽ omniũ adeptus ſũ? Non
ne in ſpe mihi agẽdi tales reliq̃æ parant:q̃les cuiq̃ mortaliũ fas ẽ optare. Neque. n. patriciatus:neque
ſenatoria dignitas defuit. Neque in poſterũ cõſulatus:aut dictatura deeẽ poterunt. Quæ tantæ & ta
les ſunt:ut nõ mõ in hac ꝓſtãtiſſima urbe:ſed in omni orbe terrarũ:omniũ gẽtium:omniũ nationũ
impia & principatus ãtecellãt. Quid igit opus erat:ut difficile in bello q̃reret:q̃d mihi in pace ultro
parabat: An forte inuidia me cõcitauit:q̃d piter Cice. docebat:grãde æs alienũ. Anguſtia rei familia
ris:& immoderata potiẽdarũ rerum audacia. Sed de temerario aut ueſano hoĩe hoc exiſtimãdũ eẽt:
ut plæriſque:q̃ ꝓ potiundis opibus:incõſulte tãtã parare poſſet populo romão ſeditionẽ. nõ ꝓſerti
in uiro patritio & cõſulari in tã opulẽtiſſima ciuitate:cui hõeſtæ ſunt opes:q̃d dubitas:ſibi unq̃ deeſ
ſe poſſe. Tot ultro ſeſe ſibi q̃ſtus offerunt:& ex publico ærario ꝓuẽtus:q̃ ſi q̃s paululum labefactare
maluerit:neque oĩo parere hõeſtati:incredibile ẽ:q̃uis facile in immẽſis opibus affluer poſſit. Vt re
liqua ꝓterea:tu mihi in aptum exẽplum es Cice. q̃ pridie pene hãc urbẽ cõgreſſus oĩum rerũ egens.
Cum te ad magr̃atũ cõtuliſti:tãtã cõglutinaſti repẽte diuitiarũ molẽ:ut oẽs huius urbis coloniæ:uix
ẽptoribus tuis ſupeẽ uideant. Temere igit mihi obiicis auaritiã:pauptatem:inſtãs onus æris alieni.
Quæ cuncta tutiore uia ſedare potuiſſem:q̃ remp. inquietare:incerta ꝑ certis cape:ꝓuo cõmodo:in
gẽtia picula ſubire. Sed neque q̃bus arguor priuatarũ inimicitiarũ cã tãtum facinus initiaſſem. Ne/
mo ẽ in hac repu. quẽ inimicũ habeã. Hic Cice. tantum mihi moleſtus eſt:quod eius flagitia:quæ in

UVA. BHSC. IyR_138_2

occultum habet nunq̃ reticere potui:cuius ineptias ſi tandē a me propulſare maluiſſem:ſine diſcri
mine publico:multi mihi ad ultionē aditus patebāt.Nō erat opus ad ꝑniciē reipu. cōfugere: neque
metus mihi:neque ꝑicula obſtabāt:cum ſi ex hoīum uita deleret̃:nō mō ad īudicādū:ſed nec ad lu
gēdum funus qſq̃ ſupeẽt.Sed dii ꝓhibeāt:ne hūc aīum illius temeritate dehoneſtē.Nullā.n. illuſtri
bus uiris in abiectis hoībus ultio laudē afferre pōt.Illā tamē ſi caſu maluiſſē. Nō ē putādum q̃rites
eo tp̃e ſuſceperim:opportunitatis mīmum ſibi:mihi uero plurimum adeē poterat. Porro ſi q̄bus
armatoꝝ copiis domū meā circunſepſi:ſocios induxi:ꝑmiſi uigiles:neque hoꝝ.n.q̄cq̃ inficior.Feci
p̃res.c.nō ut cuiq̃ facerē iniuriā:ſed ut ꝓhiberē conſulis impetū.Verebar̃ ingeniū nouerā. Sciebā ini
micitias:intellexerā hāc ab illo inſtructā cōiurationē.Formidabā itaq̃ ne illius facundia ſubito mo-
mēto aī uñi indignarent̃:& cōtra q̄ōnē meā licētia uñã deſignatis ꝑiculis de me ſuppliciū ſumeret̃.
At ſi ſemel in eius deſignatus māus cōcidiſſē:fruſtra meæ in poſteꝝ defenſiōi locus parabat̃. Vitā
igit̃ meā ſumma ope in hunc diē ꝓduxi.Et in tāta reꝝ ꝑturbatōe nunc ꝑſuaſu tuo:ne me oēs reum
facerēt pene trāſiit.Nunc tibi minus opus erat Cice.p̄ter ſpē in ſenatū uẽi.Et q̄tum mihi ſatis uide-
bat̃:minora q̄dā ſcelera elucidaui:ex auditu quoꝝ ire in obſcuro maluiſſes:q̃ ipſis tā enormibꝫ ſce
leribus uiā dediſſe.Nihil tuoꝝ facinoꝝ expaui.Nō tunc oṙo tua:nō ultro coniecti motus territaue
runt.Quis.n.terror in tāta ſenatoꝝ frequētia:in tāto ſplēdidoꝝ ciuium cœtu:inſontē cuiuſq̃ aīum
turbare pōt?Habeo igit̃ diē quē maxime cupiui:quē uero minime exiſtimabas.Hēo ſenatum q̄ in
nocētiā meā intelligat:apđ quē flagitia tua in apto hēant̃.Optimo igit̃ ꝑiculo meis ꝑiculis ꝓſpexiſſi
q̄do armatoꝝ copia furorē tuū ꝓpulſaui.Si q̄do intrepidus in repu.ꝑſtiti:fugā dū mihi oī obtētu ꝑ
ſuadebas:inſtare mihi cōtra fuit aīus.Sed o dii immortales ubi nā ſumus?qs potētē calumniā non
uidet?Quid aliud niſi ut fugerē:tota tua oṙo ꝑtimuit.Sed ſi:ut ais:omnia mea tibi facta illuſtrant̃:
ſi luce clariora ſunt mea cōſilia.Quid nunc mihi fugā ꝑſuades?Hic ſum nullis meis p̄ſidiis circun-
uētus.Adeſt ſenatus q̄ tibi uim fieri ꝓhibebit.Oſtēde hæc facinora:elucida ſeditionē:affer ſupplici
um.Nō decet in tātis ꝑiculis in miſericordiā uideri.Cunctatio q̄dē omnis obeē pōt. Nullum uero
p̄ſidium afferre:ſi habes principium cōiuratiōis.Si iꝑatorē hoſtium tenes:q̄d remoraris:q̄d reii-
cere cupis?Vtilius ē.n.ut luce careat exercitus:fiēt ilico ad bellum ſegniores. Sed uideo utique fieri
ſoles in mediis malis.Tibi maloꝝ cā:timore animus frigeſcit.Caſum.n.quē mihi aut reip. parabas:
in te cōferri uides.Res p̄ter opinionē tuā:nunc agit̃ tui capitis ꝑiculo.Dubitas nunc de fortunis tu-
is:nō obiectuꝝ me tibi:in ſēatū uēire exiſtīabas.Ideo cū uẽi ilico trepidus factus es.Putas minitādo
nunc mihi terrorē incuter̃:ignorās q̃ liber:q̃ uaſtus ſit innocēs animus.Vis ut fugiā Cice.utiq̃ nō fu
giā:ſed ꝑſiſtā acrius petulātiā tuā oppugnādo.Neceſſe ē ut omniū cōſilioꝝ tuoꝝ flagitia refellā.Ve-
niāt in hunc locum teſtes:quoꝝ tibi tātā copiam ſupeē dicis.Vt nil tibi meoꝝ opeꝝ tectum aut oc
cultum ſit.Quos ꝓduces?Qu.curium hominē q̄dē ſanæ opiniōis:integræ uitæ:at uero q̄ ſuis flagi
tiis celeberrime hunc ordinē deuaſtauit.ꝓpterea ꝓbari genere abdicatus ē?Aut Fuluiā ꝓduces eius
cōſortē libidinis:q̃ nullius unq̃ cædis cōſcia fuit:Nullius ſtupri:aut inceſti alumna cōcubitus:aut ue
ro ita uixit:ut uelut q̄đdā ſceleris exēplum: oēs meretricum artes egregiæ ſola ipſa ſuꝑauit.Hi ſunt
homines clariſſimi:q̄bus nunc q̄etudo ciuitatis ſuſpecta ē:quoꝝ aduerſum me teſtimōia parantur.
Sed ꝑ deos immortales tu te iā Cicero moribus tuis oſtēdis:furore tuo paulum nō impudētius ab
utere.Nō erat ex aptis cōiuratiōibus petēda fides po.ro.ſi me delere cupiebas. Eos eligere debuiſti:
quoꝝ obſcurior uita:& parump occultiora latrocinia fuiſſet.Multi mortales eadē pecunia utilius
ābitiōi tuæ obtemꝑaſſent.Illoꝝ āt maledicta nēo bonus ciuis timere debet.Facile r̃felli poſſunt: ut
pote:cum fortuna eoꝝ & fides & facta ſatis uulgata ſint:q̃ mihi ſe fauere debeāt:aduerſari mallē eē
iniurios:ne uitā meā eoꝝ familiaritas æq̃ in cōtēptum deduceret.Nunc itaque.p.c.oīa uobis facta
cōſulis & cogitata illuſtrant̃.Nunc etiā uobis innocētia mea patere pōt. Quæ res illum impulerit:
ad catilinæ interitum ad ꝑturbādā rēp.uidetis.Mecum priuatis inimicitiis agitat̃. Obiectum uero
nouitatis uniuerſā odit nouitatē:more maioꝝ ſuoꝝ.Nā hāc patriā abhorret. Eapp ſeditiōes parat.
Serit diſcordias:nunq̃ ad ꝑnitiē nr̃am impatiēs eius animus q̄eſcit.Facit in primis reum parricidii
mero patricium.Senatorē cuius tot res geſtæ:tot īmpia:tot mag̃ratus:tot maioꝝ meoꝝ beneficia
āpliſſimo ſplēdore reip.luceſcunt.Obiicit ægeſtatē q̃ in opulētiſſima ciuitate minoribus ēt mag̃ra-
tibus nunq̃ obeē potuit.Obiectat inimicitiasq̃ mihi ad ꝑturbādā rēp.nō utiq̃ ſatis eē uiderēt̃.Teſtes
quos ꝓducit uidetis:q̃ tales ſunt:ut omniū ſceleratoꝝ exuperēt ingēia.Quæ tentata poſtq̃ ſibi p̄ter
ſpē euētibus nō reſpōdēt:neque in ſenatum ſperat:timore ilico ſupp̃ſſus ē.Fugā mihi iꝑat:q̄do ſi
deliq̄ſſe:ad uēdicādum nephas nulla magnitudo ſupplicii ſatis eē poſſet.Si ergo.p.cō. innocētiam
meā uidetis.Si illius animi ferocitatē intelligitis.Si ꝑicula reipub.ingeniis ueſtris apta ſunt:expḡiſci
mini igit̃ aliq̄do:& impii romāi uitæ miſeremini.Habetis labentē colubrum in uiſceribus ueſtris:
hētis in hoc ordine incluſam reip.calāitatē:q̃ uigilat ad ꝑniciē po.ro. Vos illum in ſummo honore
poſuiſtis.Cauete ne q̄do ꝑ licētiā:ea ꝑs peſtis totum corpus ambiat:& ueluti contagio q̄dā in uobis
adoleſcat.Expiate ocius & eneruate hāc ſentētiā ſceleꝝ.Abdicate hunc hominē cōſulatu:ne claram

UVA. BHSC. IyR_138_2

& ampliſſimã dignitatem fœda illius flagitia deturpent. Eripite hunc ab hac repu. ne quando eum ad excidium noſtræ ciuitatis anhelanté hæc ſanctiſſima intra mœnia ſe cõſpiciant. Si cara ſunt uobis huius urbis monumenta: ſi periucundi liberorum cõſpectus. Si grata eſt ueſtrarum uirginum pudicitia: ſi templa potentatus: ſacerdotiæ ſocietates: domus: opes: familiæ: clientelæ: fortunæ omnium: & uniuerſæ patriæ cõmoda uobis accepta ſunt. Iam iam ab hac repu. ſemen hoc maloꝝ omnium eradicate: hunc a conſpectu ciuium eripite: q uos & omnia bona ueſtra extinguere cogitat: ꝗ claritudiné imperii Ro. in ſimultatibus atque diſcordiis ꝑturbare inſtituit: Succurrite his ꝑiculis: obuiate huic calamitati. Tunc omnis ſuſpitio ſedabit̃. Tunc dolus ille a cohortibus confeſtim diſſipabitur. In hoc uno homine omnis ſpes eoꝝ ſita eſt. Quis. n. alium huic maximo impio: huic capiti orbis terrarũ paucorum ſceleratorum animos erigere: aut concitare potuit? Quis ciuis in hac repub. tã atrox facinus excogitar̃? Hic hic tãtum nouus Cicero arpinas: ex tulliorũ familia ſtruit clam noſtro capiti inſidias. Catilinæ cõiurationes ſimulat: quo liberior ſibi ad cõſilium opportunitas patere poſſit. Nos plæroſque in q̃ſtioné deducit: Vt noĩe noſtro compatis copiis facilior ſibi pateat aditus ad inuadẽdum rempub. Vos patres con. nõne ueſtra pericula uidetis? Capeſſite rempu. miſerã & nutanté. Subuenite patriæ: parẽtum & ſimul ſalutis omniũ miſereamini. Meque conſularé patricium ciué: & amicum po. romani a faucibus inimici conſulis eripite. Supplicem atque inſtãtem priſtinæ claritudini omnium ciuium gratiæ ac beniuolentiæ reſtituite: dixi. Finis.

Iuſtinianus Romanus Lectori Salutem.

Si Criſpi Saluſtii laudes tibi breuius expedire potuiſſem: eram id tibi libenter præſtiturus cãdide lector. Nunc urbaniſſimi poetæ teſtimonio contẽtus: accipe Romanæ hiſtoriæ principem: tibi diligenti recognitione impreſſum. Ac dum legeris Ioannem Vercellenſem opificem: Et Franciſcum cognomento madium impreſſionis auctorem: quorum uoluntatem ſequuti: laborem hunc libenter ſuſcepimus: ut debes ama & ſi hoc nimiũ cenſes dilige ſaltẽ. Vale.

Habes hæc omnia uno uolumine complexa.

Criſpi Saluſtii Catilinam & Iugurtham

Criſpi Saluſtii uitam.

Catilinæ defenſioné aduerſus. M. T. accuſationé:

Eiuſdem in. M. T. inuectiuam.

Marci Tullii in Criſpum Saluſtium Reſponſum ſiue inuectiuam.

Regiſtrum.

A
prima alba
omnes homines
næ artes

B
citias exercere
ne cum
intuerentur

C
anceps
quentabantur
tis aut manu

D
ſte atque
omnia pollicito
libidinem

UVA. BHSC. IyR_138_2

UVA. BHSC. IyR_138_2

UVA. BHSC. IyR_138_2

UVA. BHSC. LyR 118_2

Biblioteca de Santa Cruz

lyR 138





UVA. BHSC. TyR_138_2